



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



7
Ju 1763



UNIVERSITEIT



900

Digitized by Google



~~100~~ 962

INITIA
PHILOSOPHIAE IVSTI

SEV

IVRIS NATVRAE
SOCIALIS ET GENTIVM

SCHOLAE SVAE

SCRIPSIT

IO. AVG. HENR. VLRICH.

SER. DVCI SAXO-COBVRGENS. A CONSILIIS AVLICIS
MORAL. ET POLIT. PROF. PVBL. ORD.

EDITIO PARTIS GENERALIS TERTIA, SPECIALIS SECVNDÆ
AVCTIOR ET CASTIGATOR.

IENAE,
IN LIBRARIA CROEKERIA
MDCCCXXX.





PRAEFATIO TERTIAE EDITIONIS
PARTIS GENERALIS ET SECUNDAE SPECIALIS.

Quantum operae per reliquos labores iteratae huic editioni impendere licuit, sex, qui a superiori huius libelli scholastici editione effluxere, annorum cogitationes posteriores suo quasque loco ita intertexui, ut numerus tamen et ordo §§p horum ne mutaretur. Imprimis quae a Viris sagacissimis recte monita, corrigere, aut perperam intellecta, meo sine dubio vitio, distinctius et pressius enuntiare sategi ita, ut vix unam alteramve paginam eandem inveneris. Plurima immutata in Praecognoscendis, veluti in loco *de obligatione*, pro ea, quae huic etiam loco nostrae

IV PRAEFATIO TERTIAE EDITIONIS.

aetati affulsit, luce. Plurima etiam retractata et aucta deprehenderis in publico universali, quod dicitur, et gentium jure, a nostris temporibus haud aliena, veluti in loco *de neutralitate, de libertate commerciorum gentium mediarum*, bello exorto, *cum hoste continuandorum*. Litterarias autem imprimis opes auxi, ut recentiores accessiones suo quasque loco notare studiosius, expunctis aliis. Quae nonnemo contra libellum meum mentitus erat in Wittenbergischen Magazin. 1784., cum, ipso libello inspecto, satis refutentur, vel leviter attingere esset contra reverentiam, lectoribus debitam, esset etiam alienum a more meo, quem hucusque constanter servavi, ut nunquam congregeder *cum aliquo, qui ex tenebris suis me adortus est*. Alii, qui amice admonent, eo obsequiosorem me intellexerint. Hisque imprimis me, meaque studio commendo. Dabam Ienae ipso die, Michaeli festo c10b0c1xxxix.

PRAE-

PRAEFATIO SECVNDÆ EDITIONIS
PARTIS GENERALIS, PRIMÆ AVTEM
GENERALIS.

Paucissima sunt, quae ad haec *initia philo-*
sophiae iusti paullo pleniora lectores, si qui
praeter eos, quibus haec praecipue sacra fun-
to, disciplinae meae alumnos futuri sunt, mo-
nendi videntur, cum, quae ad primum ex-
emplar *Partis generalis* praefatus sum, hic
etiam subjecta, plurima et huc valeant.

Ac *primum* quidem id diligentius egi, ut
fori naturalis externi et interni terminos ne

VI PRAEFATIO SECUNDAE EDITIONIS.

unquam miscerem, auctoritatem de hoc praestantissimorum Iuris, a natura ducti, doctorum secutus, quae in hoc genere, ubi in utramque partem tam pertinaciter disputatur, saepe pro ratione est, tamen nec alia defuerint gravissimarum rationum momenta, disciplinae Iuris Naturae intra limites fori externi contrahendae potius et concludendae, quam ad omnem legum naturalium ambitum proferendae. Sicubi vero tamen contigerit, ut quibusdam uno alterove loco pro justo aequum venditasse videar, nescio, an forte aliqua excusatio fuerit ex *lege continui*, ad omnem rerum naturam non magis, quam ad arbitrariam admodum scientiarum ac disciplinarum descriptionem, pertinente, ita ut in ipso iusti et aequi genere media quaedam, dubia certe ad nos, interjecta sint.

Deinde *copiam rerum et ubertatem* in primis sectatus sum, quae nempe cum primis lineis intelligi potest, cuius iudicium penes eos sit, quibus haud molestum est, *indicem rerum* locupletissimum conferre, in quo conficiendo ac disponendo cum insigni dexteritate et studio versatus est Consultissimus

tissimus Iurium Doctor, *Io. Fridericus Wether*, civis meus.

Tertium est, ut ingenue profitear, quae aliis, et quibus praecipue debeam in his pagellis conscribendis, ut suum et ex hoc genere cuique constet, neque ingratus aliorum scrinia expilasse videar. Ac praeter immortales *Grotii*, *Puffendorfi*, et interpretum, labores, *Hobbesiana* etiam, *Thomofiana*, *Gundlingiana*, intertextui, quae apta videbantur, nec disparia meis, plurima, praetereaque ita ad manus fuerunt *Achenwall*, *Nettelbladt*, *Feder*, *Hoepfner*, ut in quibusdam locis ipsum adeo disponendi ordinem servarem, imprimis autem in limandis et retractandis meis has auctoritates conferrem, liberaliter tamen.

Tandem in *scriptis excitandis* ita versatus sum, ut *Meisterianis* aliorumque divitiis non temere fruerer, primo quoque, in quem incidere contingebat, socio contentus, sed enotatis, qui majoris alicuius numeri mihi videbantur, recentiores potissimum scriptores adiungerem.

VIII PRAEFATIO SECUNDAE EDITIONIS.

Ceterum fatis habebō, si aequo alicui iudici, qui omnem libelli conditionem ad princeps illius auditoribus meis inserviendi consilium referat, in hoc obtinendo haud adeo infeliciter versatus esse videar. Dabam in ipsis nundinis Lipsiensibus Paschal. MDCCCLXXXIII.

PRAE-

P R A E F A T I O

PRIMAE EDITIONIS PARTIS GENERALIS

Non, quo haec qualiacunque scholae meae scribendi consilium excusam, sed quo de propria magis ipsius huius consilii ratione ac modo constet, et, cur hoc membrum, quasi ab universitate avulsum, inspiciendum proponam, intelligatur, paucis quidem, sed tamen praefandum mihi video. Morosus, ingenue fateor, ac multorum annorum promissae meae alicuius disciplinae Iuris Naturae et gentium debitor aliquot lectissimorum auditorum millibus, et ab anno inde LXXVI aliis quoque, obstrictus haerebam, qui et per litteras identidem interpellarent, facesque inprimis has admoverent, ut, sua utique interesse, quid *nunc* de his vel illis mihi videretur, humanissime significarent. Cum igitur non temporario, sed perenni et aeterno quasi jure, eoque sanctissimo, illis, qui meae sese olim institutioni crediderunt, obstrictum me semper putaverim, hoc ipso, quod volvitur, semestri, collectis ac dispositis, quae
jam

jam pridem parata et in promptu erant, fidem liberare datam decreveram, non semper illo, quo olim, excusandi causa, uti mihi licere intelligens

Ἀμαθρία μὲν θραυτός, λογισμός δὲ ὄκνον φέρει.

Sed ille ipse, cuius haec sumtibus typis exscribi volebam, Bibliopola tot jamjam aliis oneratus erat, ut imprimendi initium ante proximas nundinas Paschales Lipsienses fieri non posse, simpliciter significaret et ingenue quidem, sed parum ex voto. Promiseram in fine acroasium I. N. aestivalium MEis, proxime non aliena, sed mea qualicunque auctoritate ufuros esse. Cum igitur instaret novorum laborum initium, ut et dictitandi molestia ipse, et scribendi, aliqua certe ex parte, carerent auditores, quorum in me fides atque studium, ut ipsorum etiam commodis quovis modo inserviam, suo quodam jure exigit, nihil cunctandum ratus, meis sumtibus, saltem haec luris Naturae et gentium *προπαιδέυματα*, CC^s exscribenda typis curavi. Eant, ita mecum rationes subducebam, eant hae ipsae interea pagellae exploratum aequiorum ac rei intelligentiorum judicia, sintne ipsa alicuius luris, Natura constituti, disciplinae fundamenta bene satis et provide jacta, ne, his incertis substructionibus, reliquum, quod superstruitur, omne ruinosum vacillet. Sunt autem, sed quid hoc dicto opus est, sunt haec ex eo genere omnino, ut ex parte inspecta de universitate judicare valeant artis periti.

Sed

Sed ea ipsa, quibus aequi de rebus iudicii ratio constat, dicenda sunt magis proprie. At qui facillime intelligi puto, ipso libello inspiciendo, non id mihi propositum fuisse, ut integram, omnibusque numeris absolutam, *practicam*, quam dicunt, *philosophiam VNIVERSALEM*, seu, quod quidam malunt, *transcendentalem recti bonique philosophiam iterum* exhiberem. Sunt haec jam pridem in manibus hominum. Sed quosdam ex hoc ipso genere locos, qui in usu fori externi, eiusque naturalis, versantur, circumscripte magis et ad huius fori consuetudinem explicare et refingere animus fuit. Itaque in quibusdam plurimum studiosos ad philosophiam meam practicam universalem delegavi, sine arrogantiae vitio, nisi omnia me fallunt. Quod qui negligeret, satis iniquus harum pagellarum censor existeret.

Deinde, cum in dies in ea, cui philosophica illa omnium necessitas ac fatum (quid enim hoc vocabulum horream) placet, disciplina confirmer magis magisque, neque vero tamen non sint nulli, immo non pauci, iique non hebetis ingenii viri, qui, hoc dato, iudices se sedere amplius posse, et quid iis, quos ob delicta plecti iubent, respondeant, habituros esse, desperent, nimis meticulosi, illa quidem necessitate omne imputandi negotium plane non inturbant, sed rectius forsitan et sanius existere, dato quovis loco ostendere meum putavi.

Sunt

Sunt quidem suis quibusdam notis ac signis distincta, certe, qui nasum habet, sentiet, quae inprimis aut corrigi plane et refelli, aut sagacissimorum virorum auctoritate confirmari, velim, sed hic tamen apertius paullo adhuc dicendum de quibusdam. Severissime igitur iudicatum velim de iis, quae Cap. III. Tit. I — IV. disputata sunt, de fori externi mere naturalis natura omnino, de juris, cogendi inprimis, in hoc quidem foro, iudicandi forma, quam tot annis quaesitam, et ex omni parte exploratam, aliam certe hucusque invenire ac meliorem non potui. His autem datis, reliqua satis consequentia mihi videntur. Praeterea severiori quoque ac rigoroso subiecta examini velim, quae communis praeceptionis loco de diligentia, negligentia, culpa, decrevi. In loco de imputatione ipsum imputandi negotium a legum, quae poenas sanciant, ferendarum demum consilio, in illo autem ipso, de gradu moralitatis, quem vocant, iudicium ab ipsa poenali sententia studiosè seiunxi, quando incommodo misceantur interdum, expertus. Atque haec de ipsis rebus et argumento.

Libros autem, quos consulerent familiaresque sibi redderent mei, neque nullos laudare volui, neque multitudine terrere et onerare. Atque fere proprium quoddam in his potius, quam aliis commendandis, consilium intelligent, qui ipsa scripta norunt. Sic, ut hoc uno utar, de sine poenarum infinitos excitare poteram, musteos

musteos adeo, et novitatis gratiam habentes, et alius rem repetentes, alienos tamen ab usu illius, intra cuius limites me continere debebam, fori. Qua quidem de re neque ea, quae ipse de his habeo, non heri demum excogitata, sed Theologicis rationibus magis coniuncta, suo tempore evulganda, immiscere licebat. Quaedam tamen, retractans haec qualiacunque, praetermissa intellexi, quae praetermissa, mea causa nollem; tamen in ipsis recitationibus facillime suppleantur.

Tandem vero, ut de sermonis quoque genere dicam, quantum fieri potuit, eius integritatem colui, hac tamen lege, ut brevitati nonnumquam tribuerem aliquid atque intelligendi facilitati. Non enim is ego sum, cui in his, quae latina iuvenibus nostris scribuntur, qualecunque sermonis genus ferri posse videatur, modo intelligantur, quae dicuntur: quae quidem negligentia nihil inhumanius esse videtur; cum fato, nescio, quo, satis certe infelici, contingere soleat, ut, quo aliquo forte imbuti erant in subselliis scholasticis, latini sermonis elegantioris sensum fere perdant in academia, et arroganter contemnant. Itaque, quoties mihi latine quaedam dicenda sunt ad meos, negligentius loqui religioni duco. Sed fateor, relegendis etiam his pagellis saepe me ipsum reprehendi, et quomodo quaedam exciderint, quae satis perspicue et sine ambagibus dici latinus potuissent ac terse magis, miratus sum.

Sed

Sed, quod Plinius in alio genere, Nos, in-
 quiens, qui in foro verisque litibus terimur,
 multum malitiae, quamvis nolimus, addisci-
 mus, L. II. ep. 3. idem et nos experimur, qui-
 bus officii ratio tam multa ac tam barbare scri-
 pta rerum causa legendi necessitatem imponit,
 unde, invitis nobis, nec animadvertentibus, vi-
 tii aliquid trahit sermo, cui vix quotidiana li-
 bellorum antiquioris Latii ac purioris lectione,
 philosophicorum inprimis, occurri satis potest.

Vt vero iterum dicam, eant haec initia bo-
 norum et rei intelligentiorum iudicia expertum.
 Quae simulatque non plane improbari, certe,
 quod adhuc vitii inest, aut incerti, emendari
 confirmarique posse, intellexero, ipsa Iuris N.
 et G. disciplina exhibet propediem; reliquorum
 etiam libellorum meorum philosophicorum,
 vernacula olim conscriptorum, elaborator fa-
 cies, quod iam pridem debebam, ac politior
 existet. Scribebam Ienae d. VI. Kal. Decem-
 bres CIOCCCLXXXI.

CON-



CONSPECTVS LIBELLI.

PRAECOGNOSCENDA IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS.

CAP. I.

Notio, partes, et utilitates Iurisprudentiae Naturalis.

TIT. I. Notio Iuris Naturae. §. 1—6.

TIT. II. De diversis hominum statibus, et partibus Iuris Naturae, inde ductis. §. 7—20.

TIT. III. Utilitas Iurisprudentiae Naturalis. §. 21.

CAP. II.

Litteraria Iuris Naturae Notitia Generalis.

TIT. I. Historia Iuris Naturae, eiusque fontes. §. 22—25.

TIT. II. Notitia scriptorum generalium ipsius Iuris Naturae. §. 26 et 27.

CAP. III.

CAP. III.

Notiones Morales communissimae ad usum fori externi naturalis efformatae.

TIT. I. Limites fori externi naturalis, et mere naturalis sigillatim. §. 28 — 30.

TIT. II. Unde recte factum ac permissum iudicetur, unde contrarium, in foro externo mere naturali. §. 31 — 35.

TIT. III. De iuribus nostris, ex principiis fori externi mere naturalis. §. 36 — 50.

TIT. IV. De iure cogendi, ex principiis fori externi, mere naturalis sigillatim. §. 51 — 57.

TIT. V. De obligatione et officiis, imprimis perfectis. §. 58 — 79.

TIT. VI. De legibus. - §. 80 — 87.

TIT. VII. De poenis omnino, et proprie magis ex usu fori externi. §. 88 — 93.

TIT. VIII. De diligentia, negligentia, culpa, horumque gradibus, atque dolo. §. 94 — 106.

TIT. IX. De Imputatione. §. 107 — 133.

IPSIVS

IPSIVS IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO PRIMA.

Ius Naturae, strictissime acceptum, seu extrafociale.

CAP. I.

*Ius Naturae absolutum.*TIT. I. De Aequalitate et libertate naturali. §.
134 — 136.TIT. II. De aliis, non seducendis, aut moribus illorum
corrumpendis. §. 137.TIT. III. De jure connato in declaranda mente nostra
et aliorum. §. 138 — 143.TIT. IV. De jure connato famae et existimationis.
§. 144 — 152.TIT. V. De jure connato in res, extra nos positae.
§. 153 — 155.

CAP. II.

Ius Naturae Hypotheticum. §. 156.TIT. I. De modis ac titulis acquirendi generatim. §.
157 — 160.TIT. II. De variis juris realis, objective s. d. generi-
bus. §. 161. — 181.TIT. III. De acquisitione originaria juris in re, figil-
latim domini.

SECT. I. De occupatione. §. 182 — 195.

)(

SECT.

SECT. II. De accessione, ut modo acquirendi originario. §. 196 — 204.

TIT. IV. De acquisitione originaria iurium in personas. §. 205. — 209.

TIT. V. De acquisitione derivativa iurium in res et personas.

SECT. I. De Pactis. §. 210 — 293.

SECT. II. De Acquisitione iurium derivativa sine pacto

A) Ex laesione, §. 294. et 295.

B) De acquisitione hereditatis, atque de successione ab intestato, ac testamentis sigillatim. §. 296. — 305.

C) De Praescriptione. §. 306. — 309.

TIT. VI. Quomodo iura et obligationes, imprimis patitiae, tollantur. §. 310. — 331.

TIT. VII. De persequendo iure nostro, seu Ius Naturale belli et controversiarum. §. 332.

SECT. I. De persequendo Iure certo.

A) De reparatione damni. §. 333. — 339.

B) De iure securitatis, atque hinc ducto iure defensionis ac praeventionis. §. 340. — 345.

SECT. II. De persequendo Iure dubio. §. 346. — 353.

SECT. III. De bello ac Pace. §. 354 — 360.

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO SECVNDA

Ius Naturae Sociale Generale.

CAP. I.

De societate in genere §. 361—389.

CAP. II.

De diversis societatum generibus. §. 390—397. / I

CAP. III.

De societate aequali sigillatim. §. 398—414.

CAP. IV.

De societate inaequali s. rectoria. §. 415—424.

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO TERTIA.

Ius societatum domesticarum universale. §. 425.

CAP. I.

De societate connubiali, et de matrimonio sigillatim.
§. 426—440.

)((2

CAP.

CAP. II.

De societate parentali seu filiali. §. 441 — 451.

CAP. III.

De societate herili. §. 452 — 460.

CAP. IV.

De familia s. domo. §. 461 — 470.

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO QVARTA.

Ius civitatis domesticum universale.

PARS. I. *Ius civitatis domesticum publicum universale.*
§. 473.

CAP. I.

Ius publicum universale absolutum.

TIT. I. *De natura et constitutione civitatis generatim.*
§. 474 — 490.

TIT. II. *De juribus majestaticis, s. partibus potestatis civilis generalioribus, et obligationibus publicis, his respondentibus.* §. 491 — 500.

TIT. III. *De juribus majestaticis, s. potestatis civilis, immanentibus sigillatim.*

SECT.

SECT. I. De jure circa munera et dignitates civilis
§. 501 — 505.

SECT. II. De potestate civili (juribus majestaticis)
in res, quae sunt in territorio civitatis, de fon-
tibus redituum publicorum, ac de oneribus publi-
cis omnino. s. de potestate Camerali. §. 506 — 517.

SECT. III. De potestate judiciaria. s. de juribus, ad
publicam justitiae administrationem pertinentibus.
§. 518 — 530.

SECT. IV. De potestate bellica, s. de jure armorum.
§. 531 — 533.

SECT. V. De jure politiae. §. 534 — 543.

SECT. VI. De jure eminente. §. 544.

SECT. VII. De habitu societatum in civitate ad po-
testatem civilem. §. 545 — 547.

TIT. IV. De juribus majestaticis, s. potestatis civilis,
ransferentibus; (von der auswärtigen Straatsverwal-
tung.) §. 548. et 549.

CAP. II.

Ius publicum universale hypotheticum.

TIT. I. De diversis Civitatum formis.

SECT. I. de Democratia. §. 550 — 555.

SECT. II. De Aristocratia. §. 556 — 561.

SECT. III. De Monarchia.

A) de ipsa Monarchia. §. 562 — 566.

)((3

B) de

- B) de modo habendi imperium in Monarchia. §. 567 — 575.
 C) de modo amittendi imperium in Monarchia. §. 576 — 581.
 D) de interregno, et vicariis. §. 582 — 586.
 TIT. II. De civitate composita, et aliis quibusdam civitatum consociationibus. §. 587 — 589.

PARS. II.

Ius civile privatum universale.

CAP. I.

Ius civile privatum subditorum. §. 590.

CAP. II.

Ius privatum principum. §. 591 — 596.

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO QVINTA.

Ius Gentium universale.

CAP. I.

Ius Gentium universale absolutum. §. 597 — 601.

CAP. II.

CAP. II.

Iuris Gentium Hypothetici.

TIT. I. De domino et jure territoriali gentis. §. 602 — 605.

TIT. II. De jure conventionum publicarum et foederum. §. 606 — 612.

TIT. III. De jure legationum. §. 613 — 627.

TIT. IV. De jure belli inter gentes. §. 628 — 642.

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO SEXTA.

Ius ecclesiasticum universale.

CAP. I.

De religione, sacris, et ecclesiastica societate generatim.
§. 643 — 653.

CAP. II.

De ecclesia, in se spectata.

TIT. I. De juribus potestatis ecclesiasticae s. collegialibus.

A) de ipsis juribus collegialibus. §. 654 — 666.

B) de subiecto potestatis ecclesiasticae. §. 667.

TIT.

TIT. II. De rebus ecclesiae. §. 668 — 671.

TIT. III. De personis ecclesiasticis. §. 672 — 678.


CAP. III.

*De habitu ecclesiae ad rem publicam, s. jure majestatico
circa sacra. §. 679 — 687.*

CAP. IV.

*De habitu ecclesiae ad alias ecclesias, aliasque societates,
aut eiusdem territorii, aut diversi.*

PRAECOGNOSCENDA
IVRISPRVDENTIAE
NATVRALIS.



PRAECOGNOSCENDORVM
IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

CAP. I.

NOTIO PARTES ET VUTILITAS IVRISPRVDENTIAE
NATVRALIS.

TIT. I.

Notio Iuris Naturae.

CUM IUS NATVRAE, s. IVRISPRVDENTIA NATVRALIS, sit *philosophia de limite morali externo* VIS, seu COACTIONIS, huius ipsius vocabuli potestas accuratius definienda; quae cum ex vsu *fori externi* semper contineatur invasione quadam illius, quod alteri SVVM est, imprimis convenit, simplicissimam illam MEI, SVIQUE alterius cogitationem iustis suis concludi terminis.

§. I.

MEVM *in sensu Iuridico* est omne jus *) meum, et quodcunque bonum, sive verum, sive mihi visum **) , jure vel *jam ipsum possi-*

*Meum
quid?*



deo; MEVM FORMALITER TALE, vel ab altero *postulare* datur, MEVM VIRTUALITER TALE ***). Vtrumque aut *conatum*, aut *adventitium*, cui subicitur *acquisitum*; aut *absolute*, aut *hypothetice*, i. e. sub conditione quadam, mihi competens, aut cum restrictione ad certum tempus, *temporarium*, aut contra, *perpetuum*. Tandem meum aut *realiter*, aut *personaliter* tale, prouti jus alienandi mihi est, vel contra.

*) Iuris formam ad vivum rescatam, et ad summa initia revocatam vide in *meiner allgemeinen Praktischen Philosophie* Sect. X. Paulo inferiori Cap. III. de eadem pluribus exponam.

*) Sit modo erroris mei opinio ea, quae nemini noccat.

***) Veluti illud, *cujus justam expectationem, mihi factam, alter sustinet. Justam* vero, (quod magis adhuc patebit Tit. II. et III. Cap. III.) eam dico, quae cuilibet, eodem, ac ego. loco constituto, excitata dictis factisque alterius, quaque adeo in agendo quilibet secuturus fuisset, quod ita fore, alter ipse norat, certe nosse poterat. Veluti, si alter, ne minimo quidem joci signo edito, promisit aliquid, meumque fieri voluit, atque vicissim et ego, me illud mihi habere velle, declaravi, meque hoc promisso confidere, ejusque in agendo rationem habiturum esse. Tum enim, quod sic expectare licet, adeo arcte conjunctum esse solet cum eo, quod *formaliter meum* est, ut cum illo et hujus jactura facillime fieri queat, quo fit, ut, qui hanc frustratur expectationem justam, si dolo id fiat, conatum ostendat me turbandi in *meo* etiam *formaliter tui*, si culose, turbationis certe culpae reus peragi debeat; ut igitur recte illud, quod juste ab altero expecto et postulo

mei

~~_____~~ 5
mei nomine, hujusque expectationis frustratio
surbazio in meo appelletur. Sed de hoc pluribus
in loco de pactis.

Conf. interea, quae pro *Fergusonio* contra
Mosen, Mendelii filium, scripsit prae-
stantissimus *Garve* in philosophischen An-
merkungen und Abhandlungen zu Cicero
Büchern von den Pflichten. Anmerk.
zum ersten Buch. p. 95. sq. not. edit. 1787.

§. 2.

Coactionis cum varia sint genera, hoc ta-
men loco eam intelligimus, quae continetur
invasione aut denegatione et sui alterius. Co- *Coactio*
quid?
gere in sensu Iuris Naturae est *invadere seu*
denegare et suum alterius. Hinc et illud ex
genere coactionis est, si *ius retentionis* ex-
erceo.

§. 3.

Limes coactionis, qui et *Sphaera coactionis*
dicitur, aut *physicus* est, aut *moralis*. Ille *Limes mo-*
ralis coa-
ctionis.
judicatur ex modo et mensura virium mea-
rum physicarum, hic ex eò, quod licet,
seu jure fit. Adeoque, si de limite morali
coactionis quaeritur, id agitur, ut invenia-
mus, quousque liceat alterum cogere, seu inva-
dere et suum illius?

§. 4.

Atqui haec quaestio aut ita disceptatur, *Limes mo-*
ralis coa-
ctionis ex-
pru-
ut tantum iudicii aliorum hominum ratio
habeatur, aut divini, atque conscientiae et

ternus, in- prudentiae nostrae. Illo *limes moralis exter-*
ternus. *nus coactionis*, hoc *internus* definitur, quem
 vero Ius Naturae non curat.

Externum h. l. dicitur, quod suis signis
 ita clarum est, ut ab aliis etiam judicari
 queat. *Internum*, quod contra se habet.
 Itaque intra *litem moralem externum coactionis*
 me contineo, quousque *injustitia co-*
actionis in concreto, h. e. hoc ipso tempore
praeter necessitatem vim adhiberi, seu durius
 alterum haberi, ab aliis non potest depre-
 hendi manifesto.

Necessitas autem intelligitur *moralis*. Ad-
 eoque *litem moralem externum coactionis* non
 transgredior

1) Si ipsa *necessitas moralis* aliis mani-
 festa est *in concreto*.

2) Si, praeter *necessitatem* *moralem* ali-
 quid ejusmodi fieri, non manifestum, est *in*
concreto.

Internus autem *limes coactionis* observari
 censendus est, si adest *moralis necessitas*
 cogendi, meo ipsius iudicio sanae rationis,
 adeoque si lenitas et facilitas contra *officium*
 esset. *Iuris cogendi interni* iidem sunt fines,
 atque *officii* durius alterum habendi.

Interno limiti et hoc imputatur, ne sit
 contra *prudentiam*, sed de his latius in *Ethi-*
cis et Politicis.

§. 5.

Ius Natu- *Ius Naturae* non ex voluntariis hominum
rae quid? institutis *litem moralem externum Co-*
actionis metitur, sed est *philosophia de limite*
moralis externo vis et coactionis.

Illu-

Illustratur hoc discrimen *jure praestationem evictionis postulandi, legibus de debitis quibusdam studiosorum, (Contomandat.) donatione, 500 solidos excedente, judicialiter non confirmata, vi testamentorum civili, quae Iure, a natura ducto, nulla est, actione quadrupedaria, negotiorum gestione, etc.*

Duabus controversia de finibus Iuris Naturae regundis *quaestionibus* absolvitur, *altera* illa, sitne e re, *doctrinae causae*, seorsim exquirere, quid cogi libeat in diversis statibus hominum, quibusque praeceptionibus is ipsum constet, ut, quod in hoc statu exprimi non dabatur, in alio extorquendi jus sit; *altera* illa, sitne isti separatae tractationi satis apta et propria IURIS, seu IURISPRUDENTIAE NATURALIS, appellatio, ex ipsa similitudine IURIS, s. IURISPRUDENTIAE POSITIVAE.

De limitibus Iuris Naturae conferantur (in utramque, oppositam quoque nostrae sententiam.)

Gundling in Praef. I. N. et G. 1714.

Achenwall Praef. I. N. ad edit. 13.

D. Christian Godof. Koerner, disput. quanti *Confecto-*
interfit Ictorum, jurisprudenciam natura- *ria quae-*
lem ab univcrsali viuendi norma distin- *dam.*
gui. *Lips.* 1779.

Otto Ludov. Eichmann de finibus juris Naturae justo latioribus, atque commodis,

A 4

ab

ab accuratiore illorum determinatione permanantibus. Duisb. 1753.

Georg Sam. Madihn, von den rechten Grenzen des Rechts der Natur, und daher fließenden Regeln einer brauchbaren Lehrart desselben. Halle 1767. 4.

Maffi disp. cogitata de disciplinarum moralium limitibus, accuratius constituendis, Erlang. 1769. 4. resp. *Boedecker*.

Er. Chr. Klevesahl die neueste und beste Methode das Naturrecht abzuhandeln. Gießen 1770 4.

Daniel Nettelblatt vom ganzen Umfange der natürlichen und positiven Rechtsgelahrtheit. Halle 1772.

Ioach. Georg Darjes von den Grenzen des Rechts der Natur. Frankf. an der Oder 1775. 4.

Flatt I. F. Vermischte Versuche. 1785. 8. num. 1. Ideen zur Revision des Naturrechts, oder Prolegomena eines künftigen Zwangsrechts.

Tafinger (Guil. Gottl.) Progr. de fundamento separandi iuris Naturae et philosophiae moralis, ex divisione officiorum in perfecta et imperfecta petendo, quaestio retractata. Erlang. 1788. 4.

Hufeland (Gottl.) über den Grundsatz des Naturrechts. Lipsiae 1785. 8.

§. 6.

Suo tempore, nec officia erga Deum, nec erga nos ipsos, QVA TALIA, extorqueri posse; demonstratum dabitur. Hinc utrumque genus officiorum a Iuris naturae finibus alienum. Simul intelligitur, quid sit jus faciendi, omittendi, postulandi in sensu Iuris.

TIT. II.

De diversis hominum statibus, et partibus Iuris Naturae, inde ductis.

§. 7.

Varius est pro vario hominis statu limes *status*, in moralis externus coactionis. Hinc de diversis hominum statibus exponendum. *In sensu philosophico status est complexus determinationum individui, s. entis singularis. In sensu Iuridico autem talis status, vi cuius iuribus quibusdam gaudemus, qui vel absolutus est, vel hypotheticus, prouti vel facta quaedam interueniunt, vel minus.*

§. 8.

Prouti homo aut in societate *) quadam *Divisiones* spectatur, aut extra illam, status est vel *so-* status, *in* *cialis*, vel *extrasocialis*, s. *naturalis*, isque *naturalem* aut *solitudinis*, aut tamen *relationis hominis et socialem*, ad hominem, quem dixeris *statum extrasocia-* lem, s. *naturalem in specie*, et hic quidem

vel *absolutus*, s. *mere naturalis*, quatenus plures homines, plane a se invicem non pendentes, (veluti liberi a parentibus) ad se ita referuntur, vt nondum peculiarium factorum et circumstantiarum ratio habeatur **), vel *hypotheticus*. Consideratio status solitudinis aliena est a Iure Naturae. (§. 5. et 6.)

*) Notetur breviter, quantum sit, quod differat inter *communione[m] quandam omnino*, et *societatem* hominum. Societatis forma suo tempore accuratius explicabitur. Hic satis habeamus, notasse, societatem existere, si ad *scopum* quendam *non transitorium* alter alteri *perfecte* se obstrinxit.

***) Cogitatio *status naturalis absoluti*, etiam si fictio sit, utilis tamen ac doctrinalis est, a) ut facilius inventiatur, quid in statu adventitio inter singulos, b) quid inter gentes, qua tales, se juncto adhuc omni facto, valeat. Sed nec est mera fictio, cum tempora incidere queant, ut duo vel plures, certe ad tempus, in illo statu constituentur, de quo coram.

Conf. *Garve* philos. Anmerk. und Abhandlungen zu des Cicero Büchern von den Pflichten. 4ter Th. über die Verbindung der Moral mit der Politic. p. 3. edit. 1787.

§. 9.

*Aequalitas
moralis
iuridice
quid?*

Aequalitas, non physica, nec moralis in sensu philosophico, sed *moralis in sensu iuridico* est aequalitas iurium et obligationum (perfectarum) quae hominibus invicem competunt.

Strictiori

Strictiori sensu aequalitas imperium tantum
excludit et subjectionem.

§. 10.

In statu extrasociali s. naturali absoluto
singulorum erga singulos vnica obligatio
perfecta est abstinendi a laesione, seu a vio-
latione rē sui alterius; et jus perfectum,
huic respondens. (*per phil. pract. univ. et
inferius dicenda.*) Ergo status naturalis absolu-
tus est status aequalitatis moralis in sensu Iu-
ridico (§. 9). *Confecta-
rium.*

Ab *inaequalitate* hominum *physica* et *moralis* in
sensu *philosophico* facillimus est et promus ad
inaequalitatem, quam nos volumus, *Juridice* ac-
ceptam, transitus — Quis negat? — Mani-
festo intelligitur, non illud fuisse consilium di-
vinum, ut obtineat in hominum genere aequa-
litas moralis iuridica — Quis et hoc negave-
rit? — Numquid vero ex sola illa inaequali-
tate *physica* et *moralis*, *philosophice* sic dicta,
num ex ipso illo consilio divino *jus* alicui, vi-
ribus et virtutibus ingenii, aut animi aliis su-
periori, *perfectum per se* existit in inferiorem,
hujusque adversus illum obligatio quaedam per-
fecta? Conferantur:

Baumgartem (Alex. Gottl.) *diff. de aequalitate
hominum inaequalium naturali*, Francof. ad
Viadr. 1744.

Rousseau de l'origine et des fondemens de l'iné-
galité parmi les hommes. Oeuvres Tom. II.
Amstelod. 1762. German. Berol. 1756. trans-
latore *Mose, Mendelii filio*.

Sammlung juristischer, philosophischer und kriti-
scher Aufsätze, 2tes Stück. p. 80, seqq. Bu-
zov. 1775.

Anon.

Anon. (Cl. Hiffmann) vom Stand der Natur.

Riflessioni sopra l' Ineguaglianza fra gli uomini di
Francesco Antonio Grimaldi. Napoli. 1780. 3.
 Voll. 8.

Wieland (Ernst Carl.) Versuch über die natürli-
 che Gleichheit der Menschen 1782. Lipsiae 8.

§. 11.

*Libertas
 naturalis
 quid?*

Libertas naturalis est jus vires et actiones
 meas pro arbitrio dirigendi, *salvo tantum suo
 aliorum*. Hinc status naturalis absolutus est
 status libertatis naturalis (§. 10.) Et simul
 intelligitur, statum libertatis naturalis per-
 fectae esse statum aequalitatis moralis in sen-
 su Iuridico. (§. 9. et 10.)

§. 12.

*Ius natu-
 rae stri-
 ctiss. s. d.
 abs. et hy-
 pothet.*

Iurisprudentiae Naturalis illa pars, quae
 limitem moralem externum coactionis confi-
 derat in statu naturali et *extra-sociali*, partim
absoluto, partim *hypothetico*, vocatur *jus
 Naturae strictissime sumtum*, ibi *absolutum*, hic
hypotheticum. Ius Naturae absolutum spectat
 homines in statu aequalitatis moralis et liber-
 tatis naturalis. (§. 10. et 11.)

Omnēs reliquae partes Iurisprud, Naturalis
 sunt applicatio Iuris Naturae strictissime
 sumti ad status peculiāres, et ab illo ini-
 tia sua ducunt.

§. 13.

*Ius sociale,
 extra-*

Plures societates, quae non constituunt
 unam compositam, ad se invicem referri
 pos.

~~§. 13.~~

13

possunt, ut singuli homines, in statu extra-^{neum, do-}sociali viventes. Quodsi igitur decreta I. N. ^{mesticum.} strictissime sumti transferuntur ad integras societates, ad se invicem relatas, oritur *Ius societatum extraneum universale*, (das auswärtige *allgemeine* Gesellschaftsrecht) sive *absolutum*, sive *hypotheticum*. Quodsi vero ad unam societatem (sive *simplicem*, sive *compositam*) in genere applicantur, quae de pactis et modis acquirendi Iura in personas dicta sunt in I. N. strictissime sumto hypothetico, oritur *Ius sociale domesticum generale*, (das *einheimische allgemeine* Gesellschaftsrecht.)

§. 14.

Societatem, in specie consideratarum, *Societarum* aliae *simplices* sunt, quarum partes non sunt ^{divisio ge-} aliae societates, sed singuli homines, veluti ^{neralis.} *connubialis, paterna, hereditas*; aliae *compositae*, haecque aut *minores*, quarum partes sunt societates simplices, unde *familia, domus*; aut *maiores*, cuius partes sunt ipsae compositae societates; veluti *civitas*.

§. 15.

Ius sociale generale domesticum; tradu-^{Ius manu-}ctum ad simplices, quas commemoravimus, ^{rae oecono-} societates, *Ius oeconomicum speciale* dixeris ^{micum spe-} cum quibusdam; ad minores compositas ^{ciale et ge-} adhibitum, *Ius oeconomicum generale*; seu uno ^{nerale.} nomine utrumque: *Ius societatum domesticarum universale*.

§. 16.

Gens et civitas. *Gens* late *s. d.* *natio*, est conjunctio majoris numeri familiarum, securitatis gratia, vel sine communi imperio, *Anarchia*, vel sub tali imperio, *civitas*, (cuius quoque scopus latius patet *) (*Ein Staat*) in qua prouti aut formulae imperii civilis ratio habetur, aut jurium et obligationum *PRIVATORVM*, qua talium **), *status publicus a privato* distinguitur.

*) Est enim ille: *felicitas publica externa*, major, quam *una securitas*.

***) *Privatus* autem in civitate quilibet dicitur, quatenus saltem hoc ipso tempore, et in hoc ipso certe negotio, imperantis personam non sustinet.

Dicatur de discrimine *status publici interni*, qui et ambiguo *politiae* nomine a quibusdam appellatur, et *externi*. Hic illum semper intelligi volumus.

Gens str. s. d. est coetus hominum, *unam civitatem* constituentium, consideratus in relatione ad alios, quibus non est *civiler* subiectus.

Ius Civit. Univers.

Ius sociale, traductum ad civitatem, est *Ius civitatis Universale*, idque aut 1) *domicum*, si civitas in se consideratur, non relata ad alia extra illam, et quidem, si status publici (interni) ratio habetur, *Ius civitatis dome-*

domesticum publicum universale, s. Jus publicum Universale, si autem privati, Jus civile privatum Universale, s. Jus civile Universale; aut 2) extraneum, si civitas refertur ad alia extra ipsam, quae non sunt partes huius civitatis, non plane idem, cum jure gentium, de quo statim.

§. 18.

Plures gentes, utpote societates, ad se invicem relatae, spectari possunt 1) *ut personae morales, viventes in statu naturali et extrasociali*, sive absoluto, sive hypothetico (§. 13.) E. quae sunt jura perfecta singulorum in singulos, in statu extrasociali viventes, sunt quoque jura gentium, hoc modo ad se invicem relatarum *) *Inde Jus gentium universale extrasociale, quod est Jus Naturae strictissime sumtum, ad integras gentes traductum, sive absolutum, sive hypotheticum.*

Jus gentium extrasociale
es

*) Illustratur doctrina de officiis innoxiae utilitatis, de servitutibus juris gentium, ipsa, quod quidam volunt, natura constitutis, de admissione legatorum etc.

§. 19.

Sed 2) cogitare quoque licet *societatem plurium gentium*, sive sub communi imperio, sive minus, (aequalem) ergo quoque *Jus gentium sociale*. Quo pertinet doctrina de *systemate civitatum*, ac de *republica composita*, de quibus suo loco.

Ab

Ab utroque genere differt *unio civitatum*, quod suo tempore videbimus.

Societas vero quaedam gentium, ipsa natura, nullo facto interveniente, constituta, qualis sit, non intelligo (§. 8. not. *) conf. *Nettelbladt. Syst. El. univers. Jurispr. Natur. §. 1360.*

Qui gentis notionem augustioribus limitibus circumscribunt, iisdem quoque Iuris gentium ambitum includunt, ut fere idem sit *Iuri civitatum extraneo.* (§. 17.).

§. 20.

Ius ecclesiasticum universale.

Si ius sociale, adjuncta natura religionis et *sacrorum*, transfertur ad societatem ecclesiasticam, oritur *Ius Ecclesiasticum universale* *). Et poterant plures partes speciliores jurisprudentiae naturalis excogitari, velut, *Ius feudale universale, militare universale, etc.* Sed nescio, an cum insigni aliquo fructu? **).

*) Fere imputatur etiam omnis *Quaestio de habitis ecclesiae ad imperium civile.*

***) Explicetur frequentatum in partibus Iuris naturae appellandis vocabulum: *Universale.*

~~_____~~
TIT. III.

Utilitas Jurisprudentiae Naturalis.

§. 21.

Sua se utilitate *) pariter, ac jucunditate,
 Jus Naturae commendat

1) Cuilibet, eruditi nomen tuituro, quia
 partim sine *philosophia*, cujus pars est Jus
 Naturae, partim sine *historia*, cujus facta di-
 judicare docet, nemo doctus intelligitur.

2) Theologo, cui, quas praestat, pro-
 prias opportunitates, cum per singula capi-
 ta demonstrari possint, hic tamen in prae-
 lectionibus illustribus quibusdam locis de
imputatione, de *consensu praesumpto*, de *funda-
 mento domini ac imperii divini*, de *jure symbo-
 lorum ex Jure Eccles. Univerf. declarasse sa-
 tis habebimus **).*

3) Omnium minime sacerdos Themidos,
 qui tanti nominis mensuram implere cupit,
 in *omnibus Juris partibus*, et in *omni negotio-
 rum ratione*, intima Juris Naturalis familia-
 ritate carere potest ***).

I) *In causis criminalibus*, quantum mo-
 menti habet locus *de gradu moralitatis*. Immo
 omnis fere *Juris criminalis emendatio* ab intima
 philosophia petenda est.

Occupetur aliquantulum illustris ista quaestio: An-
 non species quaedam existant, ubi aequalem

B

assen-

arreati et consummari delicti poenam esse, sana ratio jubeat; illa porro de tormentis, de supplicis capitalibus etc.

II) *In ipso juris civilis privati studio.* Nam

1) haud exigua pars Juris Romani, a pluribus gentibus in causis privatis recepti, continetur decretis Juris, ab ipsa natura ducti.

Illustratur loco *de potestate patria*, praeceptionibus quibusdam *de culpa praestanda*.

2) Subinde in causis civilibus privatis *juris subsidiarii* numero et loco habendum est *Ius Naturae*.

3) Nec omnino, nisi quis probe perceptam habeat omnem Iuris Naturae indolem, eiusque terminos, quaeque ejus legibus et iudicio subsint, unquam satis intelliget, quid possit lex positiva in ipsum Ius, a Natura constitutum, quousque *detrahere* aut *addere* liceat aliquid, et omnino *immutare*, et unde sit, ut aliud saepe Ius Naturae decernat, aliud lex positiva civilis. Sed dabimus et hic propria quaedam. Igitur *lex civilis*,

a) quae prohibet Ius naturae absolutum, nunquam permittet.

b) In quibus vero libertas naturalis relicta est, prouti rationum publicarum interesse videtur, ea lex civilis propria praeceptione regit, jubendo, vel prohibendo,

c) Mo-

c) Modum persequendi jura mea praescribit ac temperat.

d) Quorundam negotiorum *proprium* quandam formam esse vult, et sollemnia quaedam, Iure naturae ignorata ad valorem illorum requirit, tum ut praecipitantiæ occurrat, tum majoris *certitudinis et fidei* causa, et ut infinitae lites evitentur.

e) In *poenam negligentiae*, juribus quibusdam privat negligentem, quae Iure mere naturali sola negligentia amissa non fuissent.

f) *Aequitati ipsi* succurrit, et *iniquitati* pariter obstruit, atque *dolo tecto*.

g) *Pacta* quaedam, naturaliter licita et obligatoria prohibet, (eoque ipso vim obligandi tollit, aut absolute, aut ex parte) veluti *legem commissoriam* in pignore, *pactum de quota litis*. Cogitetur etiam *Stum Macedonianum* etc.

Cf. *Weber (Adolph Dieterich)*. Systematische Entwicklung der Lehre von der natürlichen Verbindlichkeit, und deren gerichtlichen Wirkung, mit einer vorläufigen Berichtigung der gewöhnlichen Theorie der Verbindlichkeit, deren Entstehungsart, und verschiedenen Eintheilungen überhaupt. 1ste Abtheilung Schwerin, Wisnar u. Butzov, 1784. 8. 2te Abth. 1785. dritte und letzte Abtheil. 1787.

III) *Iuris ecclesiastici positivi studio merito praemittitur Ius ecclesiasticum universale.*

B 2

IV)

IV) *In Iure publico particulari*, veluti Germaniae, si neque legibus fundamentalibus scriptis, neque observantiis, quaestio quaedam dijudicata, neque analogia juris praesto est, confugiendum ad Ius publicum universale.

Conf. *Nettelblatt*. in Erörterung einiger einzelnen Lehren des deutschen Staatsrechts. n. 12. Vom rechten Gebrauch des allgemeinen Staatsrechts in den deutschen Staatsrechtsgelahrheit. (Halae 1772).

V) *In controversiis gentium*, cum Ius gentium positivum universale nec ullum sit, nec eo, quod est, omnes causae et quaestiones dijudicatae sint, *Iure gentium primario* utimur.

Illustratur quaestionibus *de praescriptione, et usucapione* inter gentes, *de libertate commerciorum* gentis neutrius, cum altera belligerantium.

*) *Stier* de usu Iuris Naturae. Ienae 1683.

Walther de utilitate Iuris naturae. Giesae 1720.

Schmidt oratio de utilitate Iuris Naturae. Viteb. 1780.

**) *Rosa* de utilitate Iuris Naturae ad Theologiam. Ienae 1720. 4.

Progr. meum, quam caute sint adhibendae doctrinae juris in sanctioribus placitis illustrandis et defendendis. Ienae 1769. 4.

***) *Carocci* diss. de usu Iuris Naturae in statu civili.

Eisenhard dissert. de usu principiorum moralium in Iure civili. Helmst. 1676.

Wern-

Wernher (Ioh. Balthaf. de) Progr. de usu Iuris
Naturae et gentium in foro, in collect.
differt. p. 474.

Hackemann (Io. Gottl. de) Tract. de Iure
Naturae, genuino reliquorum jurium pa-
rente. Helmst. 1737.

Meyer (Io.) disp. Ius naturae esse bafin studii
Iurium. Ratisb. 1714. 4.

Hoop (Corn. van den) disp. de usu Iuris
Naturae in judiciis. Ultraj. 1773. 4.

CAP. II.

LITTERARIA IURIS NATURAE
NOTITIA GENERALIS.

§. 22.

*Huius ca-
pitula.*

Haec quidem nobis duobus continetur, historia ipsius huius disciplinae universae, atque notitia librorum, qui versantur in hac scientia universa tradenda.

TIT. I.

Historia Iuris Naturae, ejusque fontes.

§. 23.

*Limites
tractatio-
nis.*

Cum per reliquas rationes vix fieri possit, ut in Compendio Iuris Naturae plenior eius historia simul contextatur, praecipuis tantum momenti, quae spectanda sunt eius studioso, indicatis, largiores ipsi huius historiae fontes monstrasse satis habebimus.

§. 24.

*Postiora hi-
storiae hu-
ius mo-
menta.*

Cum ante medium fere seculum XVI. Iurisprudentiae naturali distinctus ac proprius in orbe philosophiae, quam vocant, practicae, locus non fuerit tributus, propria illius historia primordia capit a bonis, sed tamen conatibus tantum, *Oldendorpii* *) *Hemmingii* **) et *Winckleri* ***). Quae vero initia admodum tenuia nullo modo conferre licet cum

eum *Grotii*, (*Seldeni*) *Hobbesii*, *Puffendor-
fii* ac *Thomasi*, *Henrici de Cocceji*, *Gund-
lingii*, *Samuelis de Cocceji*, *Wolffii*, eiusque
discipulorum, meritis. Qui viri eo, quod
suum habent, tum in ambitu huius scientiae
diverso modo definiendo, et diversis, a qui-
bus in disciplina sua constituenda profecti
sunt, initiis, ****) tum in eo, quem secuti
sunt, philosophandi modo, tum vero in ipsis
huius disciplinae rationibus in melius pro-
movendis, varias historiae huius periodas de-
finiunt ****). Atque hic non possum diffi-
mulare indignatiunculam meam, quod fere
in hisce periodis terminandis propria non
computetur a *Gundlingio*, qui primus *****)
1714. Iuris Naturae terminos ita coercebat,
ut ad colendam pacem externam omnia re-
ferret, reliquis *Ethicae et Politicae* tributis,
in quo deinde *Baumgartenium*, *Meierum*, *A-
chenwallium*, aliosque plures habuit sequaces.
(conf. §. 5. not.)

*) *Oldendorpii* (*Io.*) *Εισαγωγή*, seu elemen-
taria introductio ad studium juris, et aequi-
tatis. Colon. 1539. 12. et 1758. curante
Car. Ant. Martini. Vindob.

***) *Hemmingii* (*Nic.*) de Lege Naturae
methodus apodictica. Viteb. 1562. 8.

****) *Winckleri* (*Bened.*) principiorum Iuris
libri 5. Lips. 1615. 8.

*****) De quibus adeatur *Cocceji* (*Sam.*) in
Introductione, (conf. §. 27. n. 1.)

*****) De singulis coram, quantum pro scopo sa-
tis est.

*****) Haud diffiteri licet, biennio ante Gundlingium duumviros, Ephraim Gerhardum, et Georg. Beyerum, illum in *Delineatione Iuris Naturae, s. de principiis iusti*, hunc vero in *Delineatione Iuris divini naturalis et positivi universalis*, eisdem Iuri Naturae fines constituisse. Vereor tamen, ne a Gundlingio ipso ad hos quosque viros haec cogitatio derivata sit.

§. 25.

Scriptores
historiae
I. N.

In historia I. N. tum separatim contextenda, tum alibi intextenda, qui versati sunt, (missis iis, qui historiam litterariam, aut philosophiae, aut iuris universi tractarunt) potiores hi fere erunt:

- 1) *Buddeus* (Io. Franc.) noster, qui historiam I. N. 695. evulgatam, editioni *Vitriarii* instituit. I. N. 1701. adjunctam, *observationibus* selectis I. N. et G. (Halae 1704 et 1717.) inseruit auctiorem. Praefixa quoque est *Thomae Johnson* notis in Puffend. de O. H. et C. Londin. 1737. 8.
- 2) *Groening* a) in edit. Puffendorf. de officio Hominis et Civis 1701. b) in bibliotheca Iuris gentium exotica 1701. 8. c) in Bibliotheca I. G. Europ. tom. 3. 8. 1703.
- 3) *Proeleus* in *den deutschen Anmerkungen zu Puffendorf* de O. H. et C.
- 4) *Ludovici* (Jac. Frid.) in delineatione historiae Iuris divini, Naturalis et Positivi universalis. Halae 1701. et 1714. 4.

5) Tho-

- 5) *Thomasius (Chrn.)* in historia I. N. paulo pleniore. Halae 1719. 4. et in Praef. ad Vers. Germ. Grotii.
- 6) *Barbeyrac* in Praefat. ad gallicam Grotii versionem. Amstel. 1724. 1729. Basil. 1746. 2 Tom. 4. Amstel. 1754. et Lugd. Bat. 1759. 2 Tom. 4. et in Praef. Gallicae Transl. I. N. et G. Puffendorf. Amstel. 1706. et 1734. 2 Tom. 4. Basil. 1750. et Lugd. Bat. 1759. 2 Tom. 4.
- 7) *Reimmann*, non tantum in historiae litterariae Tom. III. sed et in peculiari historia Iuris Naturae 1713.
- 8) *Reinhard, (Laur.)* in historia Iurisprudentiae Universalis, 1725. 8.
- 9) *Glassey, (Ad. Frid.)* praeter eam, quam praemisit *dem Rechte der Vernunft* 1722, historiam I. N. separatim edidit: *Vollstaendige Geschichte des Rechts der Vernunft, nebst einer Bibliotheca Iuris Naturae*. Lips. 1739. 4. Auctior prodiit Francof. 1746. 2 part. 8.
- 10) *Seip, (Ant. Lud.)* in historia I. N. in epochas et Theses breves redacta, ad formam historiae Iuris Koppii. Goetting. 1754. 8.
- 11) *Anon.* in *Essay sur l'histoire du Droit Naturel*. P. I. 1757. II. 1758.
- 12) *Anon.* im *kurzen Entwurf einer Historie des Natur- und Voelkerrechts*. Lipsiae 1759. 8.

- 13) *Io. Heumann von Teutschensbrunn* Prolegomena Iuris Naturalis litteraria, Tom. III. Exercitationum Iuris universi, p. 42 — 82.
- 14) *Felice* in historico-critica Introductione ad edit. principiorum Iuris Naturae et Gentium *Burlamaqui*, Gallico idioma. Bern. 1768. 8. voll. 8. (Conf. §. 27. n. 10.)
- 15) *Meisteri*, (*Chrn. Frid. Georg*) dissertatio, sistens historiam brevem Iurisprudentiae naturalis, (in eius exercitatt. acad.)
- 16) *Gebaueri* (*Georg. Chrn.*) Nova historia Iuris Naturae edit. *Klevesahl* Wetzlar. 1774. 8.

Nec praetereundi sunt, qui in compendiis suis strictim carptimque historiam I. N. uno quasi obtutu complectendam, persecuti sunt, veluti

- 17) *Achenwall* in edit. recentt. Iuris Naturae, edit. 7^{mae} 1774. p. 41. — 54.
- 18) *Nettelbladt* in System. Elem. Iurisprud. Nat. Universae. edit. 1785. §. 19 — 35. aliique.

Nec possum, quin commendem

- 19) *Schmaussii* (*Io. Iac.*) Neues systema Iuris Naturae Goeting. 1754. cuius prima praesertim pars versatur in historia I. N.

TIT. II.

TIT. II.

Notitia scriptorum generalium ipsius
Iuris Naturae.

§. 26.

Praeter eos, qui notitiam librorum in
omni philosophiae et Iuris universi ratione
suppeditant; *) commendamus *Meisteri*
(*Curr. Frid. Georg*) Bibliothecam Iuris Na-
turae et gentium. p. I. 1749. II. et III. 1757.
Goetting. quam qui possidet, reliquorum la-
boribus, *Glassey, Wernheri, Vinholdi, Ano-
nymi* **) in Bibliotheca Iuris imperantium,
aliorumque, facile caruerit, modo subinde ex
Diariis eruditorum suppleat, quae desunt
indè ab annis 1749. 1757. (et retro) ad no-
stram usque aetatem.

*) Bibliothecam dico Realem Iuridicam *Lippenii*,
cuius *supplementa et emendationes* curavit meri-
tissimus de hoc quoque litterarum genere *Aug.
Frid. Schott*, Lipsiae 1775. fol. Bibliothecam
Philosophicam *Sravio Kahljanam*, Goett. 1740.
II. Tom. 8. maj. et *Hiffmanni Cel. Anleitung
zur Kenntniß der auserlesenen Litteratur in allen
Theilen der Philosophie*. Goett. et Lemgov.
1778. 8.

**) Auctori nomen est *Io. Frid. Guilielm Neumann*,
Subinde tamen habet, quae alibi frustra quaesieris.

§. 27.

Ne autem haereant nostri in selectiori
librorum huius generis suppellectile instruenda, ad manus esse volumus:

*Delectus
scriptorum
genera-
lium :*

1) *Grotii*

- 1) *Grotii (Hugonis) de Iure belli et pacis* l. 3. quorum optima editiones judicantur a) *Becmanniana*. Francof. ad Viadr. 1699. 4. b) *Barbeyrac*. Amstel. 1720. et 1735. 2 Tom. 8. maj.

Sed in subsidium vocari convenit: *Guiljelmii Grotii*, fratris, *Enchiridion de principiis Iuris Naturalis*. Hag. Com. 1667. 4.

Henrici de Cocceji, *Grotium illustratum*, cum observationibus et Introductione *Samuelis de Cocceji*, Vratislav. Tom. I. 1744. II. 1746. III. 1748. fol. Tom. IV. Introductionem continens, prodiit Halae 1748. fol. eiusque pars, differt. proem. XII. eodem anno, ibidem, forma 8. hac inscriptione: *Novum systema Iustitiae Naturalis et Romanae*. Auctus Lausannae 1751. prodiit omne opus hoc titulo: *Hugo Grotius de Iure Belli et Pacis, cum notis variorum, et Commentariis Henrici de Cocceji, nec non Introductione Sam. de Cocceji*. Tomis V. (imputata introductione.)

- 2) *Hobbesii (Thom.) a) de Cive*. *Elementorum Philosophiae Sectione III. et separatim* Amstel. 1647. 1696. 12. et novissime Geneva 1742. 12.

b) *Leviathan, or concerning Commonwealth*. Londin. 1651. fol. et 8. Latine reddit, Amstel. 1667. 4. *Leviathan*, s. de Civitate ecclesiastica et civili. et ibid. 1668. *Appendix ad Leviath.* 4.

Sed

Sed coniungenda sunt, quae *Richard Cumberland* in commentatione philosophica de L. L. Naturalibus Londin. 1672. 4. *Bramhall* in Captura Leviathanis, *Seth Warth* in exercitatione epistolica in Hobbii philosophiam, Oxon. 1656. 8. aliique Angli, porro *uterque de Cocceji* contra illum, pro illa autem imprimis *Gundling* de statu naturali Hobbessii, in corpore Iuris Civilis defenso et defendendo, Hal. 1706 et *Menteti Kettwig* de veritate Philosophiae Hobbessianae contra Huberum. 1695. 8. *Heumann* Act. Phil. Vol. 1. et *Velthuyfus* (Lambert) in epistolica dissertazione de principiis iusti et decori, quae continet apologiam pro Hobbessio de cive, Amst. 1651. 12. dixerunt.

- 3) *Puffendorffii* (Sam.) a) *Elementa Iurisprudentiae universalis*. Hagae com. 1660. 8. et aucta *Sphaera morali* 1669. Ienae. b) *de Iure N. et G. Libri* 8. Londin. Scan. 1672. 4. quorum optima editio iudicatur, quae Francos. et Lips. prodiit 1744. cum notis *Hertii*, *Barbeyrac.*, et *Mascovii* 2 Tom. 4. c) de officio hominis et civis l. 2 Lond. Scan. 1673. 8. et quae potior reliquis habetur, edit. Holm. 1701. 12.
- 4) *Thomassii* (Chrn.) a) *Institutiones iurisprudentiae divinae*. Francos. et Lips. 1688. 4. edit. 3. Halae 1702. 4. 6^{ta} 1717. 4. b) *Fundamenta Iuris Naturae et gentium, ex sensu communi deducta*. Halae 1705. 1708. 1718. 4. ubi in multis institutiones retractantur.

5) *Gund-*

- 5) *Gundlingii (Nic. Hier.) Ius N. et G. connexa ratione novaque methodo elaboratum*, Haeae 1714. 1728. 1736. 8.
- 6) *Mich. Henr. Griebneri principia Iuris prudentiae naturalis*. 1717. edit. noviss. 1774. 8. Viteb.
- 7) *Koehlerii (Henr.) a) Exercitationes VII. Iuris Naturalis, eiusque imprimis cogentis*. Ienae 1729. 4. et 1738. 8. b) *Iuris socialis et gentium, ad ius Naturae revocati*, Spec. VII. Ienae 1736. 4.
- 8) *Wolfii (Chr. L. B. de) a) Ius Naturae, methodo scientifica pertractatum*, Part. VIII. 1740 — 1748. 4. Accedebat 1749. *Ius gentium*, eodemque anno prodire b) *Institutiones Iuris Naturae et gentium* 8.

Quibuscum conferantur:

- a) *de Vattel in Quaestions du Droit naturel et observations sur le Traité du Droit naturel de Monsieur le Baron de Wolf*, Bern. 1762. 8. et
- b) *Westphalii (Ernst. Chr.) Institutiones Iuris Naturalis*. Lipsiae 1776. 8. in quibus quaedam Wolfii vitia studiose notantur.

Ex recentioribus

- 9) *Achenwallii Ius naturae*, edit. 8va 1781. 8. cum Prolegomenis Iuris Naturalis, 4tum edit. 1774. 8. et elegantem illius, sed non meram epitomen: *Cel. Hoepfneri (Ludov. Iul. Frid.) Naturrecht: des einzelnen Menschen, der Gesellschaften und der Voelker*. Giesae 1780. 8. 4. edit. 1788.

10) *Net-*

10) *Nettelbladtii, systema elementare Jurisprudentiae naturalis universae, quartum edit. 1777. 8. 5. edit. 1785.*

Martini (C. A. de) Lehrbegriff des Naturstaats- und Voelkerrechts, aus dem Latein. 4. B. 8. 1784. Vindob. (Correctior translatio prodit: ibid. 1787.)

Schlettwein (I. A.) die Rechte der Menschheit, oder der einzige wahre Grund aller Gesetze, Ordnungen und Verfassungen. Giesen 1784. 8. 1787.

appreme commendo, neque tamen reliquorum laudibus ac meritis hoc delectu vel minimum detractum volo, sed suum reliquorum cuique pretium constet. Vix enim fuerit, quin, si non in universitate, certe in singulis, et partibus, sua bona habeat ac propria. In exteris commemorandi adhuc sunt:

11) *Burlamaqui a) Principes du Droit naturel. Genev. 1747. 4. latine reddita ab Abrah. Sage, titulo: Elementa Juris Naturalis. Genev. 1754. 8. b) Principes du Droit politique. Genev. 1751. 4. c) Utrumque opus multo auctius ex ipsis Mris. Auct. et in unum collectum prodit hac inscriptione: Principes du Droit de la Nature et des gens par I. I. Burlamaqui, avec la Suite du Droit de la Nature etc. per Msr. de Felice Tom. 8. Yverdon 1766 — 1768. 8. Notentur et ipsius Fortunati de Felice Leçons du Droit de la Nature et des gens. Tom. I. II. Yverdon 1769. 8.*

12) *Lampredi Jus Naturae 1779. Livorn. 2 Tom. 8.*

CAP. III.

NOTIONES MORALES COMMVNISSIMAE
AD USUM FORI EXTERNI NATVRALIS
EFFORMATAE.

TIT. I.

*Limites fori externi naturalis, et mere
naturalis sigillatim.*

§. 28.

*Fori ex-
terni quae
ratio?*

Forum, cum alioqui locum denotet, ubi facta ex regulis quibusdam iudicantur, hic tamen ipsas illas regulas, illarumque complexum interpretamur. *Fori autem externi* ea ratio est, ut

1) vel Atheus illi subiectus sit, eiusque decretis stare debeat. *E. nullis locus argumentis et demonstrantibus, a Theologia naturali ductis.*

2) ea tantum spectet, quae ab aliis hominibus intelligi ac deprehendi possunt manifesto *), adeoque ratio habetur iudicii aliorum hominum, non autem divini, aut suae cuiusque conscientiae ac prudentiae.

*) 1) *Ipsas*, quas sequitur, *regulas* huiusmodi esse oportet.

2) *Facta* in primis, de quibus iudicat, ita comparata sint, necesse est.

3) non

3) non indolem animi iudicet, sed actiones externas, interna autem haecenus tantum, quatenus externis quibusdam manifesta sunt. Sic conatus laedendi, satis declaratus, pro laesione habetur.

§. 29.

Naturale hic non *sociali* opponimus, (§. 8.) sed *positivo*, h. e. illi, quod arbitriis hominum institutis ac legibus nititur; adeoque *naturale* illud intelligimus, quod citra omne arbitrarium institutum, *ratione ducta*, agnoscitur. *Forum naturale externum* vero iis continetur regulis, quae non tantum *in abstracto* obviae sunt et oppositae cujusvis intelligentiae, sed etiam *in concreto*, his temporibus, hoc loco etc.

§. 30.

Forum hoc externum naturale aut *absolutum* est (*L. merei naturale*), quatenus homines spectantur, in statu *extrasociali* absoluto; aut *hypotheticum*: hoc vero quidem aut *extrasociale* adhuc, aut *socialis*, cui *civile* subijcitur. Atqui decreta *fori externi mere naturalis* tantum abest, ut remota sint ab usu *fori hypothetici*, *socialis juxta* ac *extrasocialis*, ut potius hic quoque semper ab illis initiis procedamus, atque praesidia petamus.

F. e. n. divisiones.

*Unde recte factum ac permiffum iudicetur,
unde contrarium, in foro externo
mere naturali.*

S. 31.

*Rectum et permis-
sum in f. e. m. n. se.* Ex ipsa *fori externi mere naturalis* natura et indole (§. S. præc.) intelligi putaverim, nulla alia via hic exquiri et statui possumus, quid *rectum* sit, quid *permiffum*, in aliorum vita, nisi consentiente hominum et communi ratione, qua intelligunt manifesto, quid, aliorum loco constituti, *velle possint*, quid facturi, et sibi indulturi, quid ab aliis concedi ac præstari sibi optaturi sint. Quod quousque manifestum est, eousque rectum est in foro externo mere naturali. Quo pertinet obvium illud et expositum cuiusvis rationi: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*. Quatenus autem obsecurum ac dubium est, non pertinet ad iudicium f. e. m. n. sed in hoc foro alteri permitti, eiusque iudicio relinqui debet.

Si rectum iudicari dixeris ex fine quodam, ad quem omnia referantur, ille tamen ipse finis, cum ex voluntate et consilio quodam divino hic argumentari non liceat, (§. 28) communi et consentiente hominum ratione constitutus sit, oportet,

Si vel maxime diversitas quaedam huic iudicio hominum inest, aut malo consilio ab aliquo simuletur, 1) tamen in quibusdam congruent, quæ ut indubia teneri oportet. 2) Quod alter suo

suo sibi sensu, et iudicio indulserit, contra illum (in f. e. m. n.) tanquam mensura illius, quod mihi dari convenit, adhiberi poterit, quod cernitur etiam in retorsionibus *juris injusti et iniqui*. Seu; quod quis juris in alterum staterit, et huic in illum statuere fas erit.

Nobis non propositum est hoc loco constituere, quid *rectum sit in mea vita*, meo ipsius iudicio, sed quousque illud iudicare datam mihi sit in aliorum vita et moribus. Neque etiam hoc titulo illud tantum quaeritur, quid eogi liceat, sed quousque de *recto* in foro externo mere naturali inter plures aliquid constitui possit.

§. 32.

Consequitur hinc, in foro externo mere naturali rectum esse *Confectoria*.

1) Studere conservationi mei et illius quod meum est.

2) Studere amplificandis meis rationibus, salvo tamen suo aliorum. Alia enim ratione mihi ipsi non constarem.

§. 33.

3) Si concurrat conservatio mei cum conservatione *re* sui alterius, in foro e. m. n. recte illam praeferrri. *) *Regulas collisionis in f. e. m. n.*

4) Si concurrat conservatio mei cum amplificatione bonorum ac felicitatis alterius, illam recte praeferrri.

5) Si concurrat amplificatio mearum perfectionum cum amplificatione perfectionum alterius, recte illam praeferrri, adeoque

C 2

6) Amo

6) Amorem in f. e. m. n. semper incipere a se ipso. **)

*) Intelligitur inde, *controversis et pugna* qui possit esse in f. e. m. n. *urique iusta*.

**) Hoc decretum cui monstri aliquid et inhumani afere videtur, reflectat oculos ad §. 28. 29. et 30. Quae enim in tali rationum mearum et alterius concursu causa ab altero assignari poterit, ut me ipsum deseram? Forfitan inaequalitas commodi ac damni ab utraque parte? At quis in f. e. m. n. illum judicare valet, eum saepe minimi momenti esse videatur huic, quod illi maximum est?

Omnino nemini datum est *in statu vere naturali* decernere, quid quantumque mei in alterius commodum amittere concedere debeam, sed hoc mei tantum iudicii est.

§. 34.

Plura con- 7) Si rectum est intendere finem quen-
sonaria ex- dam, rectum quoque est adhibere media
§. 31. sufficientia, sed non abundantia *), et reli-
quis communissimis recti praecipis contraria.

*) Sed haec abundantia, ut vitio alicui verti queat in f. e. m. n. sit manifesta.

8) Rectum cenferi debet, invadente altero me atque mea, vicissim invadere ipsum et quod est ipsius, ad tuendum, ac reparandum meum (§. 32. et n. 7. praec.)

§. 35.

Consuetu- 9) Rectum est, ut alteri permittam in f.
sio. e. m. n. de suo, de viribus et actionibus ipsius pro arbitrio disponere, salvo tantum meo

meo suoque aliorum. Rectum e diverso non foret, obicem ponere liberae huic alterius dispositioni.

10) Rectum est alterius felicitati augendae ac promovendae operam dare, sed salva ejus libertate naturali (n. 9.)

TIT. III.

*De juribus nostris, ex principiis fori
externi mere naturalis.*

§. 36.

Ius, (tantae ambiguitatis ac tam variae potestatis vocabulum ^{o)}); hoc loco subjective ⁱⁿ acceptum, interpretamur *facultatem moralem, f. e. m. n.*, quam majus aliquid esse, quam *physicam*, obivium est, et cuiusvis intelligentiae expositam. Sed illud, quod accedere ad *physicam facultatem* debeat, ut *moralis* quoque existat, in quo cernatur, et unde judicetur, altioris est indaginis. Et in foro quidem externo mere naturali aestimari illud puto ex habitu ad id, quod rectum est in illo foro (Tit. praec.) *Ius* igitur mihi est *in f. e. m. n. ad omne illud, quod rectum, f. non manifesto non-rectum est in illo foro*; immo, usu ita ferente, *ad illud quoque, a quo vi me prohibendi aliis nullum jus est.*

o) De hac eoram.

*Iura ex-
terna mere
naturalia
praecipua.*

Hac juris aestimandi forma perspicuum est, in f. e. m. n. mihi jus esse irrestrictum

- 1) Conservandi me atque mea, nullum e diverso aliis per se jus esse invadendi me atque meum,
- 2) Amplificandi bona mea meamque felicitatem, salvo tamen suo aliorum. (§. 32).

§. 38.

*Continua-
tio.*

3) Ius in collisione conservationis mei et alterius meas rationes praeferendi,

4) In collisione conservationem mei meorumque praeponendi amplificationi perfectionum alterius.

5) Amplificationem meae felicitatis praeferendi amplificationi felicitatis alterius.

6) Iure igitur externo mere naturali amor incipit a se ipso. (§. 33.)

§. 39.

*Continua-
tio.*

7) Iuri ad finem quendam consequens est ius ad media sufficientia, non abundantia, sed aequalia, nec aliis communissimis juris regulis contraria.

8) Iure, invadente altero me atque mea, vicissim invado alterum, et quae sunt alterius, ad defendendum et recuperandum meum (§. 34.).

§. 40.

9) In f. e. m. n. jus mihi competit de meo, de viribus et actionibus meis pro arbitrio statuendi, salvo tantum suo aliorum (§. 35.) s. in hoc foro mihi competit *libertas naturalis perfecta*, (§. 11.) et haec pertinet ad *ro meum in statu mere naturali*: (§. 1.) neque adeo aliis jus *per se* est coercendi libertatem meam naturalem (§. 37. n. 1.)

Continua-
rio.

10) Est mihi ius, alterius utilitatem promovendi, E. quoque correctioni et emendationi alterius operam dandi, salva tamen eius libertate naturali. (§. 35.)

§. 41.

Iniuria igitur, *laesio*, s. *turbatio* in sensu f. e. m. n. est quaecunque violatio illius, quod suum est alterius, *sine jure*, h. e. dicere, extra collisionem cum conservatione mei (§. 39.) et cum alter non invaserit aut invadere voluerit meum. (§. 39. 8.)

Injuria,
laesio,
turbatio
quid?

Cum de jure et injuria generatim dictum sit, haud abs re fuerit, alias quasdam juris considerationes et partitiones inspicere, quarum deinceps usus erit.

§. 42.

Ac simplicissima quidem juris *divisio* *in affirmativum* ac *negativum* duplex tamen intelligi potest, 1) ratione *subjecti*, 2) *objecti*. Ibi *affirmativum* mihi jus est faciendorum, *negativum* omittendorum, veluti *immunitas*

40

nitas a solitis praestationibus. Hic autem *affirmativum* jus est ab alio postulandi facienda, praestanda quaedam, *negativum*, omit-
tenda, s. jus prohibendi; ita quidem, ut *jus affirmativum subjective tale* idem esse queat *negativum objective tale*.

§. 43.

*Ius
praecept.
permiss.*

Praeceptivum mihi jus illius, quod debeo, *permissivum* eorum est, quae libertati meae relicta sunt. De *jure permissivo, objective sumto*, Tit. VI.

§. 44.

*Variae
juris divi-
siones.*

Ius aut *in actu* 1. tantum, quod ajunt, spectatur, aut *in actu* 2. h. e. quoad exerci-
tium, ita quidem, ut a jure in a. 1. ad
jus in actu 2. non valeat consequentia, ne-
que adeo, negato jure in actu 2. negetur
jus in a. 1. Ius, cum exercitio conjunctum,
completum, contrarium *incompletum**) vocabi-
mus: *Illud* aut *limitatum*, aut *illimitatum*.
Hoc aut plane non exercetur, aut exercetur
quidem, sed ab alio, vi *juris proprii* **) ad
exercitium juris, quod ipsum aliud est, et
dicitur *quiescens*, s. *dormiens*; ratione habita
illius, cuius ipsum jus esse dicitur.

*) Longe alia est divisio juris in *plenum* et *minus plenum*, quae referri debet ad *compositi* alicuius *juris* formam.

Neque miscenda est haec cum alia juris di-
stributione in *solitarium*, et *non-solitarium*,
quod quidem posterius si *indivisum* pluribus com-
petit,

petit, inde oritur *communionis positivae* forma, (a *negativa* longe diversissimae) sin autem diversa, in quae resolvi potest, jura diversis competunt; *diversitatum jus* appellatur. *Communio positiva* aut ad jus in actu primo, aut ad ejus exercitium simul pertinet, adeoque vel *incompleta*, vel *completa* intelligitur.

*) Satis autem ambiguum est *juris proprii* vocabulum. Nunc erim 1) *communis* oppositum, quod omnibus omnino, hominibus, qua talibus, competit, illud intelligitur, quod huic, vel illi *personae*, exclusis aliis, tributum est, nunc 2) *juri*, *peculiari titulo acquisito*, illud, quod non est ex concessione aliorum, nunc tandem 3) *alieno* e regione collocatur. Alienum autem dicitur, ratione habita alius, quam ejus, penes quem ipsum jus est, (quoad substantiam s. in actu i.) *simpliciter* quidem *alienum*, si neque exercitium alii huic competit, *secundum quid* vero, si ubi competit exercitium juris alieni, idque aut *nomine proprio*, si huic jus proprium est ad exercitium juris alieni, aut *nomine alieno*, jure tantum *administratorio*.

Jus proprium ad exercitium juris alieni mihi competit, si in exercitio non pendeo ab arbitrio quodam et imperio alterius, neque ad rationes illi reddendas obstrictus sum, *jus vero administratorium* tantum, si contra res se habet. Sice, g. Princeps evangelicus gaudet *regimine ecclesiastico* coetuum evangelicorum, tanquam *jure proprio* ad exercitium quoddam potestatis ecclesiasticae, eum *consistorii illius sit administratorium*.

Hoc etiam loco statim explicare licet *juris in abstracto*, h. e. extra collisionem, et *in concreto*, h. e. in ipsa hac collisione mihi adhuc competentis, discrimen.

Aliud porro est *jus praesens*, quatenus illud ipsum *jus* jam actu meum est, aliud *faciens*, qua-

quatenus ipsam hoc ius nondum meum est, sed tamen adest aliquod fundamentum, licet insufficienti adhuc, ad ejus acquisitionem, h. e. aliud aliquid adhuc accedere debet, ut ipsum jus, ut praesens mihi competat. Ejusmodi vero jus futurum aliud radicatum est, si mihi est jus praesens ad acquirendum illud jus futurum, aliud non radicatum. Illustratur sponsalibus de praesenti et de futuro, expectativa feudali, collata cum jure simulaneae investiturorum et conf.

Boehmer (L. H.) de jure futuro. Halae 1741. 4.

§. 45.

Ius absolutum, relativum. Distinguunt quoque jus quoddam absolutum a relativo, illud tale interpretantes, cui non necessario respondeat obligatio alicuius alterius, adversus quem exercentur, qualis species existere potest in statu necessitatis; hoc autem tale, cui respondeat. Alia plane ratione absolutum aliquid jus ab hypothetico disjungitur.

§. 46.

In omni iure & considerata. Maximi autem momenti haec particio est, ut in omni jure quatuor spectentur, *subiectum*, cui inhaeret, *objectum*, h. e. dicere, res et persona, ad quam jus meum extenditur; *fundamentum* denique, ac *modus* jus meum exercendi.

§. 47.

Ius personale et Quodsi igitur primum spectetur, quodcumque jus non rei cuidam inhaeret,

haeret, sed personae tributum est, *personale reale subjective tale*, quod autem rei inhaeret, *subjective reale*, interpretantes, ibi *personalissimum*, quod plane non transmitti potest in aliam personam, *personali* eius generis, quod transmitti potest, distinguimus. Conferantur, quae dicta sunt §. I. exeunte de eo, quod *personaliter*, aut *realiter* meum est.

Dicatur hic etiam de *juris patrimonialis et usufructuarii* appellationibus.

§. 48.

Si alterum spectatur, jus mihi meum *I. pers. et reale objective tale.* competit aut in rem ipsam, quicumque demum possideat, (quoniam aut res ipsa mea est, aut obligatio, cui jus meum respondet, non personae inhaeret, sed ipsi rei et relationi cuidam transmissibili,) aut tantum ad certam quandam personam restrictum, a qua proxime postulare licet praestationem rei, aut facti cuiusdam. Illud *jus reale objective tale*, s. *jus in re*, hoc *personale objective tale*, s. *ad rem* appellari consuevit. Utrumque *juris rerum* nomine complectuntur.

Indicetur de illa *juris in re* explicandi ratione, qua dicitur esse *jus quemcumque alium ab ipsa re excludendi*.

Notetur porro, *rei* nomine non comprehendi *personas*, tametsi *facta praestanda* computentur. Ius igitur aliquod reale in personas ex usu *Idorum* loquendi intelligi nequit.

Si quis licere sibi putaret, spreta loquendi consuetudine, ex suo arbitrio, et ex sola vi *vocabu-*

cabulorum singulorum, has effingere notiones, ut *jus personale objective tale* interpretaretur omne jus a persona quadam postulandi commitendum aliquid, sive omittendum, *jus autem reale, objective acceptum*, omne jus intelligeret, quatenus spectat rem quandam, aut acquirendam, aut retinendam, recuperandam, aut jus quovis modo de ea disponendi, profecto hoc modo omne *jus reale objective sic dictum* idem esset *personale*, jus certe omittenda postulandi ab aliis, immo omne fere jus foret personale, hoc modo acceptum, et omnis gravissimae huius distinctionis usus evanesceret.

§. 49.

Funda-
menta
juris.

Si de fundamento juris quaeritur, aut cuilibet hominum, qua tali, competit, adeoque per hominam naturam, per se spectata, omnibusque communem, aut contra. Illius generis *connatum* atque *absolutum* est (*ein ursprüngliches Recht der Menschheit*) huius vero *adventitium*. Cuius quidem ratio semper posita est in factis quibusdam, sive meis, sive alienis. Illud dixeris distinguendi causa *acquistum*. Sic quoque jus mihi competere potest ex statu quodam, in quem aut ipse concessi, aut quem aliis debeo, sive per naturam illius status, sive per singularia de hoc statu instituta et leges. Porro jus meum aut est jus ad ipsum finem quandam, *jus primi generis*, aut ex fine ad media, *jus secundi generis*, s. *consecutivum*; veluti quodlibet jus violentiae et coactionis. Sic etiam aliud jus *originarie* mihi competit, hoc quidem modo, ut primus ego hoc jure gaudeam, aliud *derivativum*, si ab alio in me translatum est atque derivatum.

§. 50.

§. 50.

Quodsi tandem modi jus meum exer- *Modus ex-*
cendi ratio habeatur, aut illud mediis co- *ercendi jus*
ctivis persequi licet, aut contra. Illud jus *meum.*
cogens, jus strictum, jus simpliciter ac vere sic
dictum, hoc *non cogens, jus improprie s. d.*
aptitudo moralis appellatur, cuius considera-
tio aliena est a foro externo. Ius cogens
aut meo adhuc Marte exercere licet, ut
in statu naturali, *jus armorum*, aut arbitra-
tu alterius.

Iuris *perfecti et cogentis*, cave, eandem esse vim,
putes, de quo post locum de obligationibus et
officiis. (Conf. interea §. 45.)

TIT. IV.

De iure cogendi, ex principiis fori ex-
terni, mere naturalis sigillatim.

Besecke (Ioh. Melchior) *Dissertatio de iure*
cogendi. Halae. 1772. sub praesidio
Foersteri.

Ulrich (Io. Frid.) *Diff. Quousque coactio*
et vis iniquitate careat, quousque in-
justitia; seu: Initia juris cogendi, in
foro interno et externo naturali spectati,
sub meo Praesidio Ienae 1771.

Plures inferius laudabo Tit. V. in loco de
discrimine officiorum perfectorum et im-
perfectorum.

§. 51.

Ex quavis
turbatione
jus co-
gendi.

Ex quacunque laesione ac turbatione in Meo, sive facta, sive imminente, (§. 28.) etiam si levissima videatur, mihi quidem, in foro externo mere naturali, jus existit cogendi, juris expletione, i. e. si media leniora non sufficiunt, ad conservandum et recuperandum meum, usque ad plenariam satisfactionem et securitatem. In foro enim externo, mere naturali, jus mihi est irrestrictum conservandi me, et quod meum est, (§. 37. 1.) E. jus ad remedia sufficientia, (§. 39.) E. quoque juris expletione ad violenta.

Qui jus violentiae externum mere naturale ex turbatione in artius angustiusque adducunt, nostrique decreti, quam habere videtur, duritiam et inhumanitatem ita lesiri volunt, ut magnitudinem spectari praecipiant *jaeturae*, sive factae, sive imminentes, et aequalitatem quandam violentiae, huic oppositae, observari, videant 1) ne fines fori externi, et interni misceant. 2) ut habeant, quid respondeant, si quaeritur: *quatenus?* seu, quanti demum esse debeat, quod imminet, aut illatum est, damnum, ut aut omni, quae sufficit, violentia uti liceat, aut e diverso injuria patienter recipienda sit, si minus durioribus non succedat? Nisi forte dixeris, hos ipsos terminos utique fluctuare, nec, ut in aliis rebus, naturam hic nobis finium cognitionem dedisse, sed et hic *legem continui* obtinere. At id ipsum probat, suo cuiusvis iudicio igitur hoc esse relinquendum, nec ab aliis iudicari debere, neque adeo esse fori externi mere naturalis. 3) Quonam iudice certari debeat de quantitate laesionis, cum minimi alicui videri possit, quam maximi pensitat alter? — Et quae denique 4) ista aequalitas laesionis

laesionis et violentiae oppositae exacta servari poterit, aut a quo iudicabitur?

§. 52.

Quoniam in foro externo mere naturali, *Sed et ci- si concurrat conservatio mei cum conserva- tione illius, quod est alterius, illam praeferi, fas est, (§. 38. n. 3.)* existere potest *ius turbationem.* *ius cogendi alterum, atque suum illius invadendi in collisione, etiamsi me laesisse, aut in Meo turbasse dici nequeat.*

§. 53.

Datur jus alterum juvandi in conser- vando et augendo suo. E. per hoc ipsum jus mihi competit *ius cogendi alterum pro tertio quoddam.* *ius quoddam pro tertio quoddam.* qui illum turbat in jure ipsius manifesto, adeoque *in statu mere naturali, quilibet est juris alterius vindex et executor.*

§. 54.

Citra turbationem mei, aut alius manifestam, ac tempora collisionis conservationis mei non datur jus alterum cogendi ad aliquid contra libertatem eius naturalem. Effet enim violatio sui alterius, eaque sine jure. Ergo laesio alterius. (§. 40. 41.) *Libertas naturalis illibata.*

§. 55.

E. sub iisdem adjunctionibus non datur jus cogendi alterum ad dandum mihi aliquid sui, ad concedendum mihi usum quandam *Confessio- nis.* re-

rerum suarum *), ad vires suas pro me et in
meam rem intendendas. Haec enim omnia
sunt libertatis naturalis. (§. 11.) Quod igitur
meum est, citra meam voluntatem et fa-
ctum quoddam, meum esse desinere nequit.

*) Quo ipso suo tempore corruet omnis servitus
rerum, quae putatur, ipsa natura constituta.

§. 56.

*Plura con-
suetaria.*

Non datur jus auxilium alteri quoddam
obtrudendi, alterum iuvandi, cum detrimen-
to libertatis eius naturalis. In foro e. m. n.
beneficia nemini obtruduntur, neque adeo
etiam datur jus *merae correctionis* alterius per
vim et arma, dummodo mores alterius per
se non contineant turbationem, seu injustam
res sui alicuius violationem.

§. 57.

*Libertas
conscien-
siae lae
s. d.*

Non datur jus cogendi alterum ad ali-
quid contra ipsius conscientiam et persuasio-
nem, licet erroneam, dummodo, quod agit
hoc opinionis errore, non per se involvat
violationem res sui alicuius manifestam. Sic
nam non foret libertatis naturalis. (§. 11.)

TIT. V.

De obligatione et officiis, imprimis perfectis.

Schott (Cph. Frid.) disp. de notione obligationis. Tubing. 1754. in dissertt. Iur. Natur. P. II n. 3.

Kant (Imm.) Grundlegung zur Metaphysic der Sitten 1785. 8. et Critik der practischen Vernunft. 1788. 8.

Weber (Adolph. Dieter.) systematische Entwicklung der Lehre von der natürlichen Verbindlichkeit und deren gerichtl. Wirkungen — mit einer vorläufigen Berichtigung der gewöhnlichen Theorie der Verbindlichkeit, deren Entstehungsart und verschiedenen Eintheilungen überhaupt. 1784 — 1787. 8.

§. 58.

Quamvis nostra intersit, eam potissimum obligationis formam hic spectare, quae est fori externi, adeoque *perfectam*, refert tamen de genere pauca quaedam praemittere, sine quibus neque huius formae natura satis potest intelligi.

§. 59.

Atqui de genere quidem, (cognitis et sumtis, quae in Metaphysicis explicantur de variis *necessitatis et coactionis* generibus iuxta atque *libertate psychologica*) ex philosophia

D

practica

obligatio in genere quid?

practica universali haec repetiisse, satis habeamus.

I. *Obligationis* eandem vim esse, ac *necessitatis*, quae dicitur, *moralis*, quam, cave, confundas cum *coactione morali*. Quaelibet enim actio, *etiamsi contra officium sit*, minis extorta, *moraliter coacta* dicitur.

II. Ipsa autem illa cogitatio *necessitatis moralis*, s. aliquid *deberi*,

1) non est cogitatio *necessitatis cuiusdam mere subjectivae*, empirice cognitae, s. impetus cuiusdam, quo necessario in aliquid ferimur, duce experientia.

2) Neque ea est *necessitas moralis*, quando experior, me hac vel illa indole, hac illave vitae actione non posse non supra omnia *delectari*, contrariam *aversari*.

Sic e. g. si experior, cogitationem *salutis publicae* civitatis Dei me grato quodam sensu efficere, et ejusmodi indolem, quae omnia refert ad egregium publicum, non posse mihi non insigniter placere, haec tamen experientia, haec cogitatio non est *necessitatis moralis ipsius*, et *obligationis*, h. e. dicere, illam ipsam agendi rationem et indolem esse debitam.

3) *Necessitas moralis* est *necessitas* quaedam *objectiva, a priori* cognita, qua intelligo, me, nisi naturae, ratione praeditae, personam ponere ac deserere velim, *non posse non velle* aliquid, aut *nolle*.

Ea autem est persona naturae, quae est rationis particeps, *ut nihil velit repugnans*, sive
ab-

absolute, five *secundum quid*, paucis, ut sibi ipsi semper constet.

Iudicium igitur *necessitatis moralis* hoc est, ut considerem, an velle possim, (h. e. dicere, an pugnae et contradictionis expertus fit illa voluntas) *ut omnis natura, rationis particeps, aliter velit, aliam sequatur agendi normam.*

Dicatur paucis de pertinacia quorundam, qui, *nisi a superiore*, obstringi se non patiuntur.

Porro notetur, aliud aliquid esse, *obstrictum* teneri alteri, aliud, *obstrictum* me putare ad aliquid per ea tempora, in quibus alter ille, forsitan injuste, me constituit. Exempla sunt in promptu.

§. 60.

Formae obligationis inesse cogitationem *Motivis* *rationum moventium*, (motiuorum) per se haud falso dicitur, modo illae ipsae ratio- *constitui-* *sur.* nes moventes proprie magis explicentur. Atqui

1) *princeps motivum*, quod obligationi omni inest, est illa ipsa cogitatio, me non posse aliter velle, nisi personam, cum ratione agentem, exuere velim, quod ipsum velle me non posse, intelligo. Sed quia, si ad agendum venit, hoc in plurimis certe non satis efficaciae haberet,

2) aliis adhuc stimulis opus est, motivis accessoriis et minis principalibus, in quorum numero est cogitatio

a) *constitutorum*, quae dicuntur, *naturalium* huius illiusve indolis ac rationis agendi,

α) eorum, quae proxime *in me ipsum* redundant, adeoque *philantiam* proxime afficiunt,

β) eorum, quae proxime in *aliis* existunt et ad aliorum salutem porriguntur, sed per ipsam tamen *sympathiam*, aut *alia conjunctione* quadam et concatenatione, remotius *me ipsum* afficiunt,

Ex hoc genere, (litt. α) sunt *illa ipsa*, quae exterior, *saecula*, si, me repugnantia voluisse, nec contentientia, aut fecisse, nec *mihi ipsi* me constare, intelligo.

β) *arbitrariorum*, seu consilio alicujus alterius, et voluntate conjunctorum, praeter ea, quae natura jam jam consequuntur.

Quod quidam non satis intelligentes, *principe ratione*, ad agendum mouente, neglecta, aut praetervisa, in *secundariis* et *accessoriis* substiterunt, *obligationem*, s. *necessitatem moralem* interpretantes necessitatem agendi, *sub conditione evitandorum consecratorum, mihi ipsi malorum, aut consequendorum aliorum, mihi ipsi gratorum*, cum tamen hi omnes calculi non princeps obstringendi momentum habeant, sed accedant tantum, quo natura, quae non *mera ratio* est, sed et sensus impellitur, sui que studio, eo magis excitetur et sustentetur in agendo, quod *moraliter necessarium* est.

§. 61.

Trita sunt et in perfacili cognitione ver-
 fantur illa: obligationi ad finem quendam
 conjunctam esse obligationem ad ea, quae
 sufficiunt, remedia, non abundantia, nec
 aliis communissimis juris regulis contraria. *)
 Tum alterum illud: Ad ea, quae fieri ne-
 queunt, *adúvata* et impossibilia, qua talia,
 obstringi neminem posse. Ubi tamen no-
 tandum, si *fieri possit*, ut ea, quae nunc est,
 physica impossibilitas tollatur, obstrictum
 me teneri in futurum, et ad ipsa haec phy-
 sica impedimenta removenda — nec minus
 in locum illius, quae mea quadam culpa,
 aut dolo praestari nequit, obligationis, aliam
 succedere posse, de quo suo loco.

*Regulae
 de obliga-
 tione.*

*) Sic utique in statu etiam naturali obstrictus sum
 (ethice scilicet et imperfecte) ad alterum ju-
 vandum, emendandum, corrigendum, sed *salva*
eius libertate naturali. (§. 56.)

§. 62.

Nihil obscuri habent illae obligationis
 in *affirmativam* (positivam) et *negativam*, *ab-*
solutam et *hypotheticam*, *partitiones*. Sic fa-
 cillimum quoque intellectu, quo sint con-
 silio adhibita *activae* et *passivae* obligationis
 vocabula, et cur alia obligatio sit *realis*, alia
personalis, dupliciter quidem, ut de jure vi-
 dimus, *objective* et *subjective* *). Diligentius
 vero tractandae sunt duae illae obligationis
naturalis et *positivae*, quam vocant, seu *arbi-*
trariae, formae.

*Simplices
 quaedam
 divisiones.*

*) *Obligatio, subjective realis*, illa est, quae rei inhaeret, veluti rei servientis in servitute qualibet, *subjective personalis* illa omnis, quae non inhaeret rei, live *transmissibilis* sit, veluti *dehisoris in expromissorem datum*, aut in *heredem*; sive ipsi meae personae tantum inhaereat, *personalissima*, quae extinguitur morte personae. Interdum *realis* etiam illa *personalis* dicitur, *quae transis in heredes*.

Obligatio autem, *objective personalis*, illa iudicanda est, cui respondet jus alterius, *subjective tantum personale*, cui vero jus ex altera parte, *subjective reale, objective realis* intelligitur. (conf. §. 47.)

§. 63.

O. nat. et
positiva
ratione
fontis.

Obligatio, si principem eius formam spectes, (§. 59.) ac *princeps agendi motivum*, (§. 60.) *omnis naturalis*, nulla *arbitraria* est. Sed cum sint, (§. 60.) qui obligationem interpretantur necessitatem, ductam a confectariis quibusdam actionis meae, mihi bonis, vel malis, distincte cognitis, certe cognitu possibilibus, tria in hoc genere distinguenda sunt. Ac primum quidem fontem atque originem illorum confectariorum, quae cum vel naturalia sint, vel arbitraria, *) *obligatio alia est naturalis*, alia *positiva* s. *arbitraria ratione fontis* (s. principii essendi).

*) *Naturalia confectaria* vocantur illa, quae, ut causam effectus, sequuntur actionem, collatam cum humana natura ejusque conditione, aut communi, aut propria, et sub quibusdam adjunctionibus spectata, unde discrimen quoddam *obligationis naturalis absolutae et hypotheticae* ducitur. *Alia absolutae obligationis potestas est, si*

con-

contenditur cum *relativa*, ita ut haec proxime ad *aliorum*, illa ad *meas* rationes et commoda pertineat.

Arbitraria e diverso ille intelliguntur, quae actioni conjuncta existunt arbitrio et proprio quodam consilio alicuius, eiusque vel *superioris*, vel *pariscentium*, inter quos hac de re convenit. Illa *positiva*, *strictius accepta*, et necessitatem ab his ductam, *obligationem positivam* str. s. d. haec autem *conventionalia*, eamque, quam imponunt nobis agendi coactionem, *conventionalem* dixeris,

§. 64.

Deinde quaeri potest de principio quodam, quod vocant, cognoscendi illa consuetudinaria, atque ductam ab his agendi necessitatem. Hoc quidem modo *naturalis* est obligatio, quae sua cuiusvis sana ratione et consideratione rerum perspicitur, quae autem ab alio demum ostendi et promulgari debet, *positiva* ratione principii cognoscendi, ita quidem, ut, *quae naturalis est ratione fontis, (s. principii essendi) positiva esse queat, si spectetur cognitio eius, et huius principium.*

Ratione princ. cognosc.

§. 65.

Poterat tandem quoque ratio haberi certitudinis et constantiae consuetudinaria, cum actione connexorum, quae prouti vel semper et certo, vel tantum fere et verisimili ratione connexa intelliguntur, ita hanc obligationem dicere liceret *politicam*, illam *necessitatis*. In *politica* vero tamen quoque inesse censenda est necessitas agendi moralis, scilicet, verisimilitudinem sequendi et analogiam, ubi major certitudo negata est.

Ratione certitudinis.

*De obl.
perf. et
imperf. hi-
storice.*

Haec haecenus de genere, et quibusdam eius formis. Dicendum nunc pro scopo, quid sit, quod differat ab imperfecta obligatione perfecta. Quam distinctionem ut quidam plane exterminare et proscribere an nisi sunt *), ita recte ab aliis **) asserta et vindicata fuit, tametsi non uno eodemque modo rationem diversitatis explicant.

*) *Thomasius (Chrn.)* in Fundam. I. N. et G. L. I. c. 5. §. 23. 24.

Grenz (Adam) aut quisquis fuerit Auctor Quaestionum septem Iuris Nat. Quaest. §. §. 10.

Felice in Leçons du Droit de la Nature Tom. I. leç. 4. p. 46. et Commentario ad Burlamaqui. Tom. III. p. 105. sqq.

Besecke (Io. Melchior) 1) in dissert. de Iure cogendi, supra excitata, (§. 51.) *Von den Quellen der Moralität und Verbindlichkeit, als den ersten Gründen der Moralphilosophie und des Naturrechts 1774.* 3) *Im Entwurf eines Lehrbuchs der natürlichen Pflichten.*

**) *Puffendorf* de I. N. et G. L. I. c. 7. §. 7.

Crusus im Rechte der Natur §. 284. seqq.

Sulzer in vermischten philosoph. Schriften, Tract. ult.

Garve

Carve Anmerkungen zur Uebersetzung von Fergusons Moralphilosophie p. 412. sqq. eo in Anmerkungen zu der Uebersetzung des Cicero de officiis.

Moses Mendelii filius, in Ierusalem oder über religiöse Macht und Judenthum. Berol. 1783. 8.

Hoepfner (Lud. Iul. Frid.) 2 programmatis: *Warum sind die Menschenpflichten entweder vollkommne, oder unvollkommne.* Giessae 1779. eiusdem Iuri Nat. 1780. annexis.

Schlettwein (I. A.) cit. §. 27. tum contra Hoepfnerum disputans, p. 49 — 59. tum pro sua sententia. p. 59. edit. 1.

Schmidt (Car. Ferd.) Progr. de differentia officiorum perfectorum et imperfectorum, Ethicae admodum proficua. Viteb. 1783. 4.

Tafinger. supra cit. ad §. 5.

§. 67.

Erant aliae obligationis *absolutae*, aliae *relativae*; (§. 63. not.) Relativarum *) alia eiusmodi est, cui respondeat jus alterius hominis cogendi me, et quidem *jus in foro externo*, alia contrarii generis. Illam quidem *perfectam* (externam **) *s. obligationem in sensu strictiori*, hanc *imperfectam*, (internam) appellamus. Est igitur *obligatio perfecta* necessitatis moralis cum altero hoc vel illo modo agendi, quatenus illi respondet *jus alterius externum* ***) *cogendi*, seu, conjuncta cum

Definitio-
nes.

motivo accessorio conditionis, justae in foro externo.

*) *Absolutas* igitur si vel maxime extorquere lice-
ret, (de quo deinceps dispiciemus,) *perfectas*
tamen non dicerem, servato hoc nomine alteri
tantum formae relativarum.

**) *Obligationem externam* quidam interpretantur
eam, quae est ex metu poenae humanae, *in-*
ternam, ex metu poenae divinae. Quae vero
divisio non exhaurit omne genus; cum in-
telligatur obligatio quaedam, citra metum poe-
nae humanae ac divinae. Quapropter latius erat
dixisse *internam* omnem, quae *non est ex metu*
poenae humanae. Alii autem *externam* volunt esse
eam, quae manifesta aliis quoque est in contem-
to, *internam* contrarii generis. Tandem sunt,
qui, omnem obligationem consecutariis metientem,
externam explicant eam esse, ubi consecutaria
metu foris adventitia, *internam*, contrariae
indolis. Multo aliter adhuc *Crusius* accipit in
der Anweisung vernünftig zu leben edit. 3. 1767.
§. 383. Conf. *Achenwall* in prol. Iur. Nat. Iamque
facillimum fuerit judicare, qua sententia *perfecta*
sic etiam externa.

***) *Perfecta* mea, qua alteri obstringor, obliga-
tio non ex eo a me judicari potest, an alteri
quoque in foro conscientiae ipsius, divino, et
ex prudentiae regulis, jus competat me cogendi.
Sufficit, jus illi esse fori externi, seu con-
ditionem justam esse in foro externo.

§. 68.

Divisiones
obl. perf. Ius illud externum alterius me cogendi,
perfectae meae obligationi respondens, aut
per se jamjam intelligitur, citra pactum, aut
subjectionem, (Tit. III.) aut conventionem qua-
dam alteri aequali concessum est, aut ex su-
perio-

perioritate et imperio alicui competit. Hanc obligationem *positivam stricte s. d.* illam *conventionalem*, istam denique *naturaliter perfectam* appellabimus.

§. 69.

Ius cogendi, quatenus illi respondet *Ius perfectum* obligatio alterius (perfecta) vocatur *jus perfectum*, quatenus non respondet, (§. 45.) *jus cogendi in specie.*

§. 70.

Officium, (quod hoc loco interpretamur *Officii def. et div.* ipsam, ad quam obstrictos nos censemus, actionem,) *aliud*, posita demum Numinis alicuius divini et provisi opinionione, intelligi potest, qua sublata confessum tollitur, aliud maneret, etiamsi, Deum esse, negares. Illud *officii erga Deum*, (pietatis, religionis,) nomine a reliquis recte distinguitur. Hoc autem vel *proxime* ad meum commodum tendit, *absolutum*, aut aliorum hominum, *relativum*. Huius generis aliquod aut in eo tantum versatur, ut omittam turbare alterum, seu violare suum illius, *officium necessitatis, pacis externae*, quod semper negativum est, certe ad negativum aliquod revocari potest, aut in eo, ut praeterea aliquid conferam ad conservandam et augendam felicitatem alterius, paucis, ut alterum *juvem, officium humanitatis, amoris*. Quod quidem duobus modis exhiberi alteri potest, tum agendo in commodum alterius (actionibus commissivis) tum omitiendo aliquid in favorem alterius, quod

quod iuste alioqui suscepissem, seu: omittendo exercitium juris cuiusdam mei, ita, ut officium aliquod humanitatis et amoris aut *affirmativum* sit, aut *negativum* esse queat, et *negativi* vocabulum minus recte *aequale* censeatur *officio necessitatis et pacis externae*. Iamque duce hoc officiorum quasi indice, dispiciamus accuratius, quam demum obligationem, quod officium extorquere fas sit.

Dicatur de officio perfecto (*κατορθωμα*) ex disciplina stoicorum.

§. 71.

Officium, quod cogitur, certum sit in concreto. Praeter ea, quae Tit. IV. disputata sunt, unum adhuc, quod ex §. 57. efficitur, tenemus: Quod extorqueri debet, officium, *certum esse oportere, in concreto*, non cogenti tantum, sed et ipsi cogendo, nisi illud, quod contra officium, mihi certum, ipsi vero tale non visum, suscipit, per se jamjam conjunctum sit cum violatione mei. (§. 51.)

§. 72.

Officia absoluta non possunt extorqueri. Officia absoluta, *qua talia*, in foro externo mere naturali extorqueri non posse, his quidem, ut mihi persuadeam, inducor. (1) Si quis vel maxime violat officium absolutum, *qua tale*, illud tamen non conjunctum est cum violatione τ8 sui alicuius, adeoque tale officium est libertatis naturalis. (§. 11.) Aut enim omnino neganda est homini, in foro externo mere naturali, ex suo ingenio agendi,

agendi et vivendi libertas, salvo tantum, quod est aliorum, aut in hoc quoque genere rerum, quae ad curam sui ipsius tantum spectant, concedenda. Praeterea 2) fieri ab altero aliquid contra officia ipsius absoluta, fere incertum est in concreto, si non mihi, certe alteri ipsi, cui fere, quod agit, maxime sibi conducere videbitur. Ergo, quid huic consequens, ex §. praec? 3) Cum semper diversa futura sint iudicia, quid sit officii absoluti, belli omnium contra omnes semina metuo, si ad officia absoluta, quae talia, mihi quidem talia visa, alterum cogere fas esset.

Longe alia rerum facies existere potest in societate, ubi saepissime officium meum absolutum nimis arcta conjunctione cohaeret cum eo, quod societati debetur.

Neque quaestione illa perturbor, monendi causa a praestantissimis quibusdam viris proposita: Annon in ipso statu aequalitatis liceat a caede sibi inferenda alterum vi prohibere. Minime quidem fas id esse puto, si quis consilio ac ratione, quod in multis stoicorum vidimus, fata accelerare decreverit, officii sui esse, sibi persuadens. Aliter multo iudicandum de furioso, qua tali, sibi ipsi manus illaturo.

§. 73.

Officia adversus Deum, quae talia, cogi *Nec o. er- ga Deum.* non posse, iisdem rationibus, §. praec. et aliis adhuc quibusdam, perspicuum est. Religio non admittit coactionem. Libertas conscientiae strictae s. d. est in praestantissimis libertatis naturalis partibus.

§. 74.

§. 74.

Sed officia pacis externae. Ex officiis igitur relativis quatenus cooperationem admittant, quaeque adeo *perfecta* sint, *) nunc indagandum est. Et de *officiis pacis externae* quidem res in promptu est. Namque 1) ex quacunque turbatione in meo, sive facta, sive imminente, mihi existit jus externum cogendi, juris expletionem. (§. 58. 70.) 2) Certa sunt in concreto, et mihi et alteri cuilibet, et si vel maxime alter hoc dissimularet, recte tamen illorum violationi coactio opponeretur. §. 71.

*) Est enim *officium perfectum* illud relativum, cui respondet jus alterius externum cogendi. (§. 67.)

§. 75.

Non officia amoris. *Officia amoris et humanitatis*, qua talia, h. e. citra omne aliquod factum interveniens, extra collisionem cum conservatione mei, extorquere non datur. Neglectus enim illorum, qua talium, vacat injuria, seu violatione sui alterius, (§. 70.) et exhibentur aut viribus meis in favorem alterius intendendis, aut omittendo juris cujusdam mei usu. Sunt igitur libertatis naturalis. (§. 11. 55.) Praeterea vix unquam certa sunt in concreto, illi quidem, qui extorquere vellet; et quae sunt reliqua, disputanda latius in der Allgem. Prakt. Philos.

§. 76.

§. 76.

Officia innoxiae utilitatis, quae accipien- *Nec offic.*
ti utilia, exhibenti non molesta sunt, sem- *innoxiae*
per sunt officia amoris, aut affirmativa, aut *utilitatis.*
negativa, adeoque per se cogi nescia.
(§. praec.)

§. 77.

Quoniam officia neque absoluta, neque *Officium*
Deo praestanda, neque ex relativis, nisi *perf. quid?*
officia pacis externae, per se extorquere
licet, consequens est, 1) omnia, quae
cogi possunt, esse quoque perfecta. (§. 74.
not.) 2) *Officium perfectum* recte explicari
illud esse, cuius violatio conjuncta est cum
laesione, cum violatione quadam sui alicuius,
formaliter aut *virtualiter* talis.

§. 78.

Porro, omnibus his, haecenus disputatis, *Praecepta*
collectis, efficitur, in *statu mere naturali* ad *quaedam*
omittenda, adeoque *negative* tantum *me obstri-*
ctum esse perfecte, ad abstinendum laesionibus:
ideoque *jus alterius perfectum objective mere*
negativum, *) omnem igitur omissionem ju-
stam, immo omnino nullum mihi jus esse
cogendi alterum, in meum commodum,
(coll. §. 53.) extra collisionem, (coll. §. 52.)
citra turbationem, sive factam, sive immi-
nentem.

*) Ex

*) Ex hoc demum dogmate, supra monui, stabiliri posse eam, quam diximus, hominum, ceteroquin inaequalium; aequalitatem perfectam in statu mere naturali, s. extralociali absoluto. Qui igitur ex aequalitate illa sumta effectum demum volunt; singulis in singulos per se aliud jus perfectum non esse, nisi repellendi turbationes, ordinem mihi invertere videntur.

De origine obligationis et juris perfecti affirmativi suo loco.

§. 79.

Neminem laede, suum cuique tribue, ex dictis per se patet, eaque ipsa esse officia perfecta, aequae perspicuum est. Sed ut sit aliquid, quod differat inter utramque enunciationem, *illam* ad suum alicuius formaliter, *hanc* ad virtualiter tale pertinere volumus, ita ut illa sit communis omnium obligationum perfectarum negativarum, haec autem affirmatarum forma quaedam.

Dicamus hic omnino adhuc de ambiguitate laesionis.

TIT. VI.

De Legibus.

§. 80.

Legis communisfina et propriae quaedam formae. *Lex*, eaque *moralis*, i. e. ad ea pertinens, quae *psychologice libera* sunt, latissime accepta, est *enuntiatio obligationis cujuscunque*, sive affirmativae, *praecipitiva*, sive negativae, *prohibitoria*; *) vel absolutae, vel relativae, huius-

huiusque aut perfectae, *lex perfecta*, (cogens, stricta, necessitatis) aut imperfectae, *imperfecta*, *) (humanitatis, amoris.) Ex qua quidem ampliori potestate, huic vocabulo subiecta, non omnis de lege quaestio illam continet de legislatore et superiore quodam: a superiore lata est *lex stricte* s. d. quam ne eandem putes *legi strictae*.

*) Disputant de *lege permissiva*, (iure permissivo, objective spectato §. 44.) cuius patroni advocant *privilegia*, *omnemque legislatoris* et superioris *voluntatem* legis nomine dignam esse, urgent. At mihi quidem privilegia leges hactenus videntur, quod obstringunt alios, ne privilegium turbent in exercitio et usu juris, ipsi concessi, non autem, quatenus huic ipsi aliquid permittunt, eodemque modo omnis illa, qua civi permittit aliquid, superioris voluntas, hanc semper vim habet reliquos obligandi, certe ad omittenda.

*) Propriam quandam *legis imperfectae* significationem, multum a nostra abludentem. vide apud Grot, L. II. c. V. §. 16.

Dicatur etiam de *vi legis prohibentis ad nullitatem, aut ad poenam*. Vid. Grot, L. II. c. V. §. 16. collat. Cocceji ad h. l.

Omnino autem notandum, *legem moralem* hic latius dici, ut e regione collocetur tantum *physica*, neque adeo *legem moralem* hic disjungimus a legibus *prudentialium* et *politicis*; neque posterioris generis aliqua repugnare debet priori.

E

§. 81.

Omni legi inest veritas moral. cuius tria genera. Propositionis, seu *Veritatis*, quam dicunt, *moralis* ea est natura, ut aliquid bonum esse enuntiet, vel malum, sive certo et constanter, sive fere et verisimili ratione.

Tres igitur accuratius partituris veritatum moralium, quae cuilibet legi, sapienter latae, insunt, formulas intelligere licet. Primam quidem huius generis: Actionem, aut eius omissionem, in *abstracto*, adeoque necessario bonam, vel malam esse, *veritatem moralem, absolute necessariam*, diceres, aliam vero huiusmodi, Actionem quandam, vel actionis omissionem, sub his vel illis adiunctionibus, adeoque *in concreto* demum spectatam, necessario et constanter bonam esse, malamve, *veritatem moralem conditionate necessariam*. Tertiam denique, ex actione quadam suscepta, aut omissa, *plerumque, facillime, probabili conjectura*, mala metuenda esse, (*die Unternehmung oder Unterlassung sey bedenklich*) *veritatem moralem contingentem* appellares, ita ut omnis veritas moralis aut necessaria sit, aut contingens, duo autem genera necessariarum. Sed hoc loco *physice bona ac mala* mihi aliisque, ab iis, quae *moraliter talia* sunt, probe sunt distinguenda.

Tria in a lege distinguuntur. Triplex minimum de omni lege quaestio existere potest, *prima de ratione legis omnino*, ob quam aliquid fieri, vel omitti, debeat, (quae non semper posita est in quibusdam

dam, *mih*i proxime bonis, aut malis, consequendis, vitandisve) *altera* de consecrariis ipsis, *mih*i malis, aut bonis, ex quibus ipsa mea existit obligatio, si spectes *motiva accessoria* (§. 60.) et necessitas agendi, si de *formali legis*, *tertia* denique, unde hauriatur legis cognitio.

§. 83.

Ratio legis aut *mere subjectiva* esset, aut *Ratio I. objectiva*, quod ex Metaphysicis intelligi *subjectiva*, tur *). Lex, per omnia a rationibus *mere subjectiva* ducta, a sapientia prorsus abhorret. Sed fieri potest, ut legi cuidam insit quippiam, rationibus subjectivis, si ex vero rem aestimemus, definitum, quamvis *summa legis* rationibus suis objectivis nitatur. Cuius generis legem appellabimus *positivam*, κατ' ἐξοχήν, et propria quadam plane ratione sic dictam. **).

*) Omnis nimirum, quae distincta habitus ad finem quendam, adeoque bonum quoddam consequendum, malum quoddam impediendum, cogitatione continetur agendi ratio, *objectiva* est, *subjectiva*, quae contrarii generis est, nec illa ipsa unius.

***) Versantur hic ante oculos quaedam leges, quibus tempora, mensurae etc. defisiuntur, quae cur hoc ipso modo circumscribantur, profecto *subjectivae* tantum rationis aliquid subest.

De ratione
objectiva
legis. si-
gillatim.

Objectiva legis ratio, revocari potest ad propositionem quandam ejus generis, de quo diximus §. 81. quae *materiale legis* vocatur, estque semper aut boni aliquid, certo, vel probabiliter obtinendi, aut mali evitandi. Hinc etiam cum *scopo* legis convenit, quem, cave, confundas cum *occasione*, et *spiritu* (Esprit) legis. Quousque ratio legis extenditur, eo usque legem ipsam extendi *) et cessante legis ratione, huius dispositionem cessare, in perfacili cognitione versatur. Hinc etiam explicari potest extensivae et restrictivae interpretationis natura. *)

*) *Extensionem* legis vel *objectivam*, vel *subjectivam* esse, vix est, quod moneamus.

***) Longiores quidam sunt in hoc, qui est de interpretatione Legum, loco explicando. Est autem potius ex Logico genere. Quaedam tamen de interpretatione sermonum alterius omnino, foro externo propria, habebit locus de eo, quod justum est in declaranda mente sua. Conferantur:

Grotius d. I. B. et P. L. II. c. 16.

Puffendorf d. I. N. et G. L. V. c. 12.

Thomasius in instit. Jurisprud. divinae L. I. cap. 3. et 4. Libr. II. Cap. 12. cum Appendice.

Cum tria sint genera *veritatum moralium*, totidem quoque esse intelliguntur legum, si spectes rationes illarum *objectivas*, *l. materiale*. Et illas quidem, quibus inest *veritas moralis*, sive absolute, sive hypothetice necessaria, (§. 81.) age, dicamus *leges materialiter naturales et necessarias*, sive *absolutas*, sive *hypotheticas*, illas autem, quibus *veritas moralis* tertii generis, seu contingens, subest, *leges materialiter positivas* (*contingentes* *) ita quidem, ut in illis ratio legis exacte universalis sit, in his ab eo, quod plerumque fit, et a verisimili petita. Quo ipso intelligitur, cur in his *dispensationi*, **) quam vocant, locus sit, illis vero plane nemo solvi possit.

*) Si, cuicumque legi, et quousque subest ratio quaedam *objectiva*, eam *materialiter naturalem* appellare videretur, omnis lex, sapienter lata, foret *materialiter naturalis* (§. 83.) nec *materialiter positiva* ulla omnino esset, si ab ea, quam §. 83. excoante explicuimus, discesseris.

**) De dispensatione et reliquis generibus exemptionum a iure communi commodior dicendi locus erit in iuris Socialis tractatione.

Confectaria, quatenus me-ipsam manent, *Divisio L.* et afficiunt, obligationem et necessitatem *ratione for- agendi efficientia, formale legis* vocantur. *malis.*

E 3

Quae

Quae prouti aut naturalia sunt, aut arbitrio alicuius, eiusque aut superioris, aut conventionē paciscentium statuta, (§ 63.) ita *lex formaliter* aut *naturalis* est, aut *positiva*, et haec quidem aut *stricte s. d.* aut *conventionalis*. Legem *materialiter naturalem* eandem quoque *formaliter* esse, h. e. eius observacionem mihi ipsi quoque naturaliter bonam esse, violacionem mihi ipsi malam, facillime intelligitur. Fieri tamen potest, ut simul *formaliter positiva* sit, unde *mixta* existit, seu *qualificata*, quod quidem in imperfectas prae-terit atque perfectas cadit leges materialiter naturales.

§. 87.

Ratione principii cognoscendi

Lex naturalis, ratione principii cognoscendi, naturalem, positiva positivam enuntiat obligationem ratione principii cognoscendi (§. 64.) ita quidem, ut lex materialiter positiva, quam explicuimus (§. 85.) naturalis tamen ratione principii cognoscendi, et e diverso materialiter naturalis (§. ead.) positiva esse possit ratione principii cognoscendi (§. 64.) Ea autem, quam §. 83. a reliquis disunximus, *lex positiva* nunquam fieri potest, ut sit naturalis, si spectes principium cognoscendi.

Cognitis nunc obligationum, officiorum, legum, natura et variis generibus, facilius intelliguntur illa, quae in quotidiano usu, socii etiam externi, versantur, vocabula *honesti, iusti, aequi, decori*, et contrariorum, *debiti item, crediti, veni, permissi*, de quibus coram, sed patetis.

TIT. VII.

~~—————~~

TIT. VII.

*De poenis omnino, et proprie magis ex
usu fori externi.*

Lange (Martin) de poena, a conceptibus
affinibus liberata. Lips. 1703.

§. 88.

ACTIONES actu liberas pariter atque ad libertatem relatas, (Eleutheriol. §. 44.) communi *moralium* nomine complectimur; quamcunque ceteroquin de *arbitrio hominis* disciplinam sequare. *Morale* autem omne illud esse intelligitur in natura et conditione hominis, in quod et quatenus vim aliquam habet *distincta boni et mali cogitatio*, seu: quod et quousque *in potestate nostra positum* dici potest, modo hujus ipsius loquendi formulæ vim, non ad libidinem effectam, sed solidam teneamus. Obligatio igitur, officium, lex *moralis* eorum tantum est, quæ sunt *moralia* in homine, quæ cum in brutis, infantibus, vere sic dictis, furiosis, quæ talibus, nulla sint, neque in illos obligatio, officia, leges cadunt.

*Moralis
actio, et
morale in
genere.*

De ambiguitate *moralitatis actionum* satis superque dictum in *der Eleutheriologie*. Cap. V. §. 40. seqq.

Poenas
varia vis
ac
potestas.

Poena, si ad extremum vocabuli potestatem extendas, est quodcumque malum, quod natura quaedam, certe *sentiens & imaginandi vi* praedita, eo quidem aut *eventu* aut *consilio*, experitur, ut a quibusdam cohibeatur in posterum, ad alia extimuletur, (ut igitur in bruta ipsa animantia, et infantes, immo furiosos, qua tales, cadat ejus generis poena.) Quodsi vero ex aliqua saltem parte contrahas, *primum* tamen adeo late interdum patet, ut eadem sit cuicumque malo, *distincte repraesentabili, morali legis et obligationis cujusdam violationi* coniuncto, *sive* citra consilium punientis alicuius, *sive hoc ipso quodam consilio*, quae posterior 2) est adductior vocabuli significatio, multo adhuc 3) contractior, si a superiore tantum proposita, aut inflictâ intelligitur. Plures, easque multo contractiores *poenae* significationes sequentia dabunt.

Omnis poena in foro externo contineri debet invasione quadam, aut imminutione sui alterius.

Malum, quod experior, confectarium, aut naturale est, (§. 63.) *poena naturalis*, aut praeter illud alicuius arbitrio, ejusque aut superioris, aut paciscentiam, actioni iunctum, *ibi positiva stricte* sic dicta, hic *conventionalis*. *Poenae mixtae, et qualificatae* vagum nomen hic simul explicare licet.

Poena naturalis est poena, certe *primi* generis, sublata etiam Dei alicuius opinione, quodsi vero divini alicuius consilii ratio habeatur, *secundi* etiam immo *tertii*, generis.

§. 90.

§. 90.

Coactio omnino (§. 2.) in statu naturali ^{coactio} et extrafoicali, laesionibus, sive factis, sive ^{laes. oppo-} futuris et imminentibus opposita, est poena ^{fixa, dici} *primi et secundi generis*, eaque profecto ^{possit} *naturalis*. (§. 89. not.). Huius scopus aut reparatio damni, seu satisfactio late s. d. aut securitas, h. e. ut caveantur laesiones imminentes et futurae, adeoque aut removeatur laedens, aut terreatur, sive ipse, sive alii. *Scopum* quendam *vindictae*, a scopo, quem diximus, utroque diversum, certe in foro externo intelligere non valeo. Ipsum quoque emendandi alterius consilium in foro externo mere naturali ad securitatis scopum referri posse debet. (§. 56.)

§. 91.

Ius puniendi, i. e. jus mala alteri inferendi, ob moralem legum quarundam violationem, in foro externo mere naturali non extenditur ultra scopum conservationis et securitatis mei sui que aliorum, ^{Scopi poenarum.} *neque adeo dantur poenae mere correctoriae alterius in statu mere naturali, seu aequalitatis et libertatis*. (§. 56.)

De interno quodam poenarum fine in *Theologia naturali* dicitur,

Legatur de finibus poenarum *Leyseri* dissert. de ultimo supplicio. Viteb. 1646. 4. et inter Me-ditt, Spec. 649. Vol. X. 367. — 378. Gro-tius etiam L. II, c. XX. iudicandi certe mate-riam praebet,

Continuatio.

Scopus igitur poenarum (ex illo satis amplo significato §. 89. 90.) in foro externo extra-sociali aut *reparatio damni* est, quae lenioribus mediis obtineri nequit, *) aut *securitas*. Huius generis quae sunt, *provisorias*, quae illius, *reparatorias*, *satisfactorias*, dixerim. Illis quidem poenarum appellationem propriam plane esse volunt nonnulli, his exclusis, ita, ut omnis poena rationem tantum habeat futuri. *)

*) Sed hic accuratius subtiliusque distinguunt ea mala, quae necessaria sunt ad praesens periculum declinandum (defensionem) ab iis, quae ob futuram quoque securitatem, ad terrendum in posterum, aut ipsum aggressorem, aut alios quoque, infliguntur, his poenarum nomine proprio servato.

Nec desunt, qui ea tantum mala poenarum nomine appellant, quarum *comminatio* pariter et *executio* propositam habet *terricionem non tantum aliorum, sed ipsius etiam puniri*, ita, ut qui poenas *capitalis* dicit, repugnantia loquatur. Conf.

Malblanc. dissert. de poenis, ab effectibus defensionis naturalis in statu etiam civili probe distinguendis. Altdorf. 1775. 4. et in *Plitt* Analectis Iuris Criminalis 1786. 8.

Caesar (Car. Adolph) in Anmerkungen und Zusätzen zu der Uebersetzung von Valazé Ueber die Strafgesetze, oder Entwurf zu einem allgemeinen Strafcodex. Lipsiae 1786. 8: p. 99. (69.) fqq.

§. 93.

Ius igitur quoddam puniendi datur inter
aequales ipsos. Nam et in statu aequalitatis
et libertatis naturalis cuilibet in alterum ius
est mala ipsi inferendi, et violentia uten-
di, five ad reparationem damni, five ad
securitatem, adeoque ius poenarum, etiam
strictius acceptarum, h. e. *provisiarum*, li-
cet nullam sit inter aequales ius *poenarum*,
mere correctoriarum. (§. 56.)

*Ius punien-
di inter
aequales.*

TRT. VIII.

*De diligentia, negligentia, culpa, horum-
que gradibus, atque dolo.*

§. 94.

Diligentem iudicamus aliquem, quatenus
media adhibet, quae faciunt ad scopum
debitum consequendum, quatenus non adhi-
bet, *negligentem*. Iam cum ad *adverata* ne-
mo obstrictus sit, *diligentia vero absolute sum-
ma*, partim vires humanas excedat, (*physice
impossibilis*) partim aliis rationibus atque fi-
nibus repugnaret, (*moraliter impossibilis*) *di-
ligentia absolute summa* numquam debetur.
Diligentiae autem in concreto possibilis tres in-
telligere licet mensuras et gradus, ita ut,
si *media diligentia* *) ex eo iudicetur, quod
ordinarium est et commune, seu quod fere
facit, cui scopus serio est propositus, **)
minime diligens ille censeatur, qui ordinario
minus

*Diligentiae et ne-
gligentiae
gradus.*

minus facit, *maximam* vero *diligentiam* ille attulisse dicatur, ***) qui omnia abhibuit, quae *in concreto* fieri poterant. Hinc etiam tres negligentiae gradus intelliguntur, *maximae*, *mediae*, *minimae*.

*) Dicatur de *diligentiae mediae in abstracto* et *in concreto* discrimine.

**) Hoc quidem constituto et effecto, de reliquis gradibus iudicium facilius est. Sed in isto ipso utique interdum haeret aequus.

***) Neque hoc semper iudicii hominis alicuius alterius est.

§. 95.

*Forum nat. exter-
num quem
exigat.* In foro externo naturali ad illum diligentiae modum alteri obstrictus mihi videor, qui medius est, nisi factis quibusdam meis majoribus, quam alteri excitavi, expectationem justam sustineam. Quod quidem his effici posse, puto.

Quae sit justa expectatio fori externi naturalis, seu quid iure fori externi nat. ab altero expectare conveniat, Tit. II. et III. satis intelligitur. Iam pluribus una rationibus, qui expectationem meam justam fallit, *laedentis* numero habendum esse, concludi potest, partim, quod ipsa talis justa expectatio, seu potius jus expectandi hoc ab altero, *mei loco recte* habetur (§. 1.) partim quod, qui justam illam frustratur expectationem, causa est, certe fieri poterat, ut jacturam

*ram mei, etiam formaliter talis, paterer. Adeoque, ut identidem dicam, hoc teneamus, Laedentis loco habendum esse atque numero, qui fallit expectationem meam, justam jure externo *)*.

Atqui in foro externo naturali ad illam tantum diligentiae intentionem perfecte alteri obstrictos nos censere oportet, cuius neglectus esset violatio sui alterius, seu laesio, adeoque falleret expectationem alterius justam.

Iam citra factum meum alii nullum jus est, plus a me expectandi, quam quod commune est, et ordinarium, h. e. dicere, *mediam diligentiam*, cuius igitur neglectus falleret expectationem alterius naturaliter justam, adeoque laesionis vim haberet. Cui plane consequens est illud, quod *primo loco* posuimus in enuntiatione nostra.

*) Aliud argumentum est ex §. praec. not. ***).

Alia foret ratio, si factis quibusdam meis, (quibus verba etiam imputantur,) alteri majoris diligentiae spem et expectationem justam excitassem, quam nisi praestarem, eandem justam ipsam frustrarer expectationem, adeoque alterum laederem; ex quo *altera pars* regulae nostrae efficitur.

*) Plura quae huc faciunt, dabit in ipso I. N. de jure circa declarationem voluntatis, locus.

Cave autem, (quod nonnullis in regula nostra iudicanda accidisse videtur) de rigore fori *interni*

zerni in hoc vel illo diligentiae modo exigendo cogites, cum de *laxioribus fori externi vinculis* sermo susceptus sit.

§. 96.

Quae negli-
gentia vitio
detur in f.
e. n.

In foro igitur externo naturali commune illud nobis videtur, ut *media negligentia*, et multo magis *maxima*, vitio vertatur, cum eadem tamen exceptione, quam adjunximus, §. praeced. 95.

§. 97.

Culpa
eiusque
gradus.

Culpa, *latius dicta*, seu *reatus*, est vitiosa omnis et manca agendi ratio, s. *debitae rectitudinis* agendi defectus. Si strictius accipitur *culpa*, a *dolo* disjuncta, illa quidem in foro quodam contrahitur neglectu attentionis et circumspectionis, adeoque diligentiae, in illo foro debitae, ita quidem, ut ex neglectu minimae adeo diligentiae *lata*, (magna, crassa) mediae *levis*, maximae tantum, *levissima* oriatur. (§. 94.)

Dicatur in praelectionibus, quam satis bene *culpa*, *dolo opposita*, explicari queat ex illa, cui *necessitas omnium actionum nostrarum philosophica* placet, disciplina, ut mature nostri hiis, puerorum scilicet, terroribus assueant, quo minus horreant, nec omnino illam, quam diximus, disciplinam ad omnem, quae de moribus est, doctrinam periculi aliquid habere, intelligant. *Quoties in te desiderari pateris robur illud animi et promptitudinem quandam in iis, quae suscipis*

scipis, debitam ei, et justam et sufficientem circumspeditionem afferendi, cum tamen externa obstacula, quae vel circumspeditissimum quemque perturbare poterant, nulla nunc fuerint, in culpa versuris, quamvis vel maxime tibi concedam, per omnem rerum nexum, illum, quem desidero, habitum et robur nunc quidem adesse omnino, aut tantum nondum potuisse. Iuste tamen te punimus. Calcaribus enim opus est, ut circumspeditior evadas. Conferantur in hanc rem, quae nuperrime dixit

Mayer (l. E.) Ueber den Vernunftschluß Part. II.
P. 182.

Eleutheriologie §. 51. sqq.

Quemadmodum hic de culpa pro necessitate philosophica dixi, ita de reliquis quoque practicis notionibus illud in praelectionibus fiet, quotiescunque locus fuerit.

§. 98.

In foro igitur externo naturali regulae loco illud et commune est, ut lata culpa spe-
Quinam gradus in
aetetur et levis, sub conditione vero facti-
f. e. n. spe-
rum quorundam, et ipsa levissima. §. 96.
aetetur.
et 97.

Contentantur cum dictis regulae quaedam Iuris positivi de praestatione culpa, h. e. dicere, damni, culpose dati.

Omnino autem cum fructu legi possunt Puffendorf. (Es. Fried.) commentatio de culpa. Lemgov. 1740. 8.

Waech.

Waeckler (Christfr.) de gradibus culpae.
Vitemb. 1680. 4.

Ribou (Geo. Henr.) de culpa media. Götting. 1741. 4.

§. 99.

Ignorantia et error efficax, concomitans. *Ignorantia*, defectus cognitionis, aut omnino, *simplex*, aut *verae tantum*, *composita*, s. *error*, si, quid quantumque valuerit ad ipsam actionem meam, spectes, aut, etiam si abfuiisset, tamen hoc acturus fuisset, aut contra, adeoque aut *efficax* *) fuit, aut *concomitans* tantum, ita ut multum intersit, *ex ignorantia* actum sit aliquid, an ab *ignorante*.

*) *Efficax* aut *deus* causam, aut *incidens* est.

§. 100.

Vincibilis, invincibilis. Nec minus refert, *vincibilis* fuerit, *ne*, *illa* quidem, si, *debita diligentia* adhibita, evitari, *haec*, si non poterat. *Vincibilis* aut *affectedata* est adeo et *voluntaria*, studio contracta et consilio, aut *involuntaria*, semper tamen *culposa*, eaque, si *culpa lata* inest, *supina*. Neque hic praesens tantum conditio spectanda, sed et remotior ignorantiae causa, ut *vincibilis* et *invincibilis* intelligatur aut *in praesenti*, aut *in remota sua causa*. *Invincibilis* ex utraque parte expers culpae est. *Affectatae* reus in dolo versatur, de quo statim. *Vincibilis*, non *affectedata*, ut iterum dicam, culpam continet, et

et omnis culpa, stricte s. d. ignorantiam et errorem vincibilem.

Hinc satis perspicuum est, *philosophicam*, quae dicitur, omnium rerum necessitatem neutiquam ita omnia perturbare, ut inter ignorantiam vincibilem et invincibilem nihil amplius intersit.

Conf. §. 97. Not.

§. 101.

Doli aliquem accusamus, quousque malam, quam talem cognovit, adeoque in foro externo; quam contra officia perfecta esse, intellexit, actionem, tamen vult, atque approbat, (seu, *cuius vera*, qua instructus est, *cognitio* nondum satis efficaciae ac roboris habet contra alias illecebras et invitamenta). Ex quo proclive intellectu, qui ignorantiam affectavit, doli reum esse. *Dolum* aliud esse *ex proposito*, seu *antecedentem*, *consequentem* aliud, seu *ex re*, adeoque factum quoddam aut *antecedenter* aut *consequenter dolum*, ita quidem verum est, ut ea, quae dicitur, actio, consequenter tantum dolosa, culpa fore tantum sit, immo fortuita, approbatio autem atque delectatio superveniens, dolosa.

Dolus.

Ille, quem nos interpretati sumus, *dolus* semper *malus est*. Cum vero *dolus* saepe pro simulatione ac dissimulatione accipiatur, haec autem aut licita sit, aut illicita, doli quoque vis est in utramque partem, ita ut de *dolo* etiam *bono* dicant, *malus* autem ille sit, querr alii *clandestinum* vocant, distinctum a *manifesto*.

F

§. 102

§. 102.

Intentio directa, iudis.

Directe quidem, quod dicunt, illud *intendimus*, quod, per se spectatum, actione nostra existere volumus, i. quod per se nobis propositum erat, quod autem non per se suaque ipsius causa, sed quoniam cum eo, quod *directe* intendimus, connectitur, stante *directa* intentione, non possumus, quin velimus, *indirecte* tantum *intendisse* dicimur. Qui dolo antecedente agit, *directe*, certe *indirecte* intendit ea, quae actionem sequuntur, damna, culpa vero omnem intentionem excludit.

§. 103.

Intentio interna, externa.

Praeterea *simplicem intentionem et internam*, quam forum externum non curat (§. 28.) distinguere convenit ab *externa et qualificata*, h. e. dicere, externis actionibus et signis satis declarata, cuius utique ratio habetur in foro externo. (§. ead.)

Ut satis instructi ad ea, quae restant, accedamus, dicatur statim de *lacione consummata et assentata*, in qua plurimum refert *vero casu* et fortuna quadam impedita fuerit consilii pravi, pertinacissimi et constantis perfectio, an a *perficiendo ipse tua* adhuc sponte destiteris.

Affinis est huic de culpa et dolo tractationi *fortuna et casus, necessitatis* item, eiusque favoris consideratio.

§. 104.

§. 104.

Fortunam, secundam, aut adversam, ne *Fortuna est casus.*
 sit vox, mente cassâ, occultum interpreta-
 mur nexum et latentem causarum, quem
 debita providentia humana pervidere et ca-
 vere non poterat, ita, ut cum fortuna sem-
 per ignorationem invincibilem intelligamus,
 adeoque omnem illius, qui suae aliquid tri-
 buit fortunae, culpam ac dolum exclusa
 velimus. *Eventus, quatenus a fortuna*
pendet, casus est; isque aut latus, aut tri-
stis, s. casus xar' εχορν' i. d. Si in eo, qui
 ex mea parte casus est, eventu alterius ali-
 cuius culpa vel dolus intervenit, *mixtus,*
 cum vero a neutra parte, *merus casus* ap-
 pellatur, tametsi multo aliorum haec nomi-
 na interpretentur nonnulli.

§. 105.

Status necessitatis, (irregularis, extraor- *Status et*
dinaris, contrarius regulari, et ordinario, *ius necessi-*
 quo quodlibet officium adhuc fervari potest), *tatis.*
 est *status collisionis, (quo tempore ab officio*
quodam recedendum est; seu, ut verius di-
cam, quo illud, quod aliis temporibus offi-
cii mei fuisset, nunc quidem non est), eius-
que aut verae, aut fictae, quibus duobus
generibus inepta satis necessitatis, absolutae et
hypotheticae vocabula a nonnullis adhibita
sunt. Quodsi mea vita et conservatio ad-
eo agitur, status necessitatis extremae voca-
tur. Quid ex decretis s. e. mere naturalis
liceat, quantumque in statu necessitatis,
 F 2 et

et magis adhuc extremæ, Tit. II. et III. coll. IV. dictum. Qui legitime excipit in vera collisione, et ab ea, quam hoc ipso tempore deserere fas est, regula recedit, culpæ omnis expers, ac doli, *) *violare legem OB statum necessitatis*, qui vero in hoc ipso peccat, sive culpose, sive dolose id fecerit, *violasse legem IN statu necessitatis dicitur.* **) Ius violandi legem et ab officio quodam (in abstracto) recedendi OB statum necessitatis, *jus*, aut, cum ab hoc quidam abhorreant, *Favor necessitatis* appellatur; ***) quod tamen ipsum vocabulum non ab omnibus eodem modo accipitur.

*) Modo neque aliqua eius culpa interveni- rit, ut in hæc ipsa tempora incidere.

**) Sua enim et necessitas lege utitur. Conf. *Wagner* (Paul.) *Traët.* qua regula: *Necessitas non habet legem*, ex Iure Naturali, Civili, et Canonico explicatur.

***) Conf. in hanc rem:

Stryck dissert. de Iure Necessitatis. Halae 1712. 4.

Koehler Exercit. Iuris Nat. §. 1218 — 1243.

Claproth Versuch vom Nothrecht: oder Favore necessitatis: im dritten Stück der Sammlung Jurist. philos. und crit. Abhandl.

Nettelbladt disp. de necessitate, eiusque in jure effectu Halae 1752. 4. extat in ejus Exercitationibus varii argumenti 1739 — 1770. Halae 1783.

§. 106.

Unum adhuc addamus de laesione. Quae *Laesio culpa* vacat atque dolo actio, non est laesio. *culpa, dolo.* Haec igitur semper aut *culposa*, aut *dolosa*. *sa, damnum.* Illam, eorum auctoritate, qui *crimina et quasi crimina* distinguunt, *quasi laesionem*, hanc *veram* diceres, nisi satius esset his nominibus plane abstinere. Malum, ex laesione ortum, *damnum* est, technice sumtum, idque vel *culposum*, vel *dolosum*, de quo pluribus in ipso I. N.

TIT. IX.

De Imputatione.

§. 107.

Factum in hoc de imputatione loco tale *Factum* quidem intelligimus, quod et quousque ad *ejusque species.* libertatem alicuius referri posse, certum, aut non posse, nondum certum est, spectatum *in concreto*, h. e. cum circumstantiis; adeoque factum, quousque *ut morale* spectari potest, *in concreto consideratum*. *Species facti* est enarratio facti, eorumque igitur, quae circumstant, quae prouti illi scopo, ut aut Auctor facti inveniri, aut de gradu imputationis judicari queat, vel non sufficiunt, vel sufficiunt, ita species facti *incompleta*, aut *completa*, haec autem, superfluis non onerata, *determinata*, sin aliena continet, *indeterminata* vocatur.

F 3

§. 108.

Auctor facti late s. d. quis? Forum externum naturale illa tantum facta spectat, quae continent laesionem, adeoque violationem officii alicuius perfecti, sive culpofam, sive dolofam. *Auctor* itaque facti cuiusdam *latius* ille omnis dicitur, cuius aut culpa, ea quidem, qua in f. e. n. reatus contrahitur, aut dolus intervenit, ut existeret factum, aut hoc modo aliquid fieret. Iis igitur tantum, quae *praecedunt*, aut *comitantur* factum, sive *omissivis*, sive *commissivis*, minime autem iis, quae *post factum* suscipit aliquis, auctor illius existit.

Auctor in specie. Is, qui ipsum factum, ea, quae quasi illud constituunt, perpetravit, si unus est, *auctor strictiori* vocabuli potestate, s. *auctor in specie*, si plures fuerint, *coautores* vocantur, quos a diversorum factorum, eodem licet tempore perpetratorum, diversis auctoribus multum differre, vix est, quod moneam.

Socius auctoris. Qui facti neque auctor stricte s. d. neque coauctor est, actionibus tamen commissivis, sive antecedentibus, sive concomitantibus, aliquid contulit ad facti existentiam determinandam, ut aut fieret aliquid, aut hoc modo, et commodius fieret, *socius auctoris* vocatur, semper tamen *auctor late s. d.*

§. III.

Commissivae actiones, factum subsequen-
tes demum, neque auctorem late s. d. ne-
que socium te efficiunt, licet *fautor actionis*
 inde haberi possis. Neque omittendo socius
 existis, licet *fautor*, immo, si omittendo ad
 ipsius facti existentiam aliquid contulisti, au-
 ctor late s. d. judicari queas.

*Fautor
actionis.*

Haec, haecenus explicata, traducantur in praele-
 tionibus ad notissimas illas, quae verbis me-
 morialibus comprehenduntur, species:

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus, parti-
cipans, murus, non obstant, non manifestans.

§. IIII.

Missa impropria ac tralatitia *imputationis*
 potestate *) simplicissime omnia revocamus
 ad imputationem *facti et meriti*, **) prouti,
 aut aliquem auctorem facti, certe late s. d.
 (§. 108.) esse, judicamus, aut, quid, quan-
 tumque facto meruerit, reprehensionem,
 averſationem, indignationem, an amorem
 et laudem, poenam, an praemia, et quan-
 ta, s. quo gradu? ***)

*Imputatio
facti et me-
riti.*

*) Sic imputari (*λογίζεσθαι* in S. S.) mihi dici-
 tur factum alterius, cum plane huius exper,
 propter quandam tamen cum eo conjunctionem,
 eadem, quae ipse, facta experior in utramque
 partem,

Immo et in eum modum de imputatione, alieni
 inprimis facinoris, loquitur, ut, si, quibus al-

ter ille molestis et malis, suo facto obnoxius est, aut quibuscumque limitationibus, illis et ego, benigno tamen coercendi, emendandi et cavendi consilio, subjectum me video, quia in me similis indoles et agendi ratio inesse intelligitur, saltem timetur.

***) Probe distingendum est imputandi negotium a legum poenaliurn, ferendarum demum, consilio. Ut enim multa communia habeant, non tamen plane iisdem praecceptis continentur, et rationibus.

***) In posterum de prave factis tantum dicemus, (coll. §. 108.)

§. 113.

*Gradus
moralisaris
quid.*

Gradus moralitatis, h. e. ut mihi quidem videtur, gradus indignationis et abominationis iustae, in foro etiam externo iudicatur non tam ex damno, actu dato, quam ex noxia et prava ratione indolis animi, quam quis facto suo declaravit, *) ita, ut 1) quo illa periculiosior, et quo plura ab illa metuenda sunt, hinc 2) quo firmiter jamjam adhaesit, et, quo altiores egit radices, eo major moralitatis gradus facto inesse censei debeat, *ex propria ea quidem, quam huic vocabulo subjecimus, sententia.* Unde simul facillimum intellectu, *aequalem esse posse attentati, et consummati delicti, moralitatem.* (coll. §. 103 not.) **)

*) Quousque tamen damni, actu dati, magnitudo in hoc ipso NB. de gradu moralitatis iudicio spectari debeat, inferius declarabitur. (§. 120.)

**) Fa-

***) Fateor, in plebe *merè fortuitae* etiam *impeditionis* laetitia, aut *ridicula quadam*, quae admixta est, *ratione*, justae indignationis aestum mirum quantum, restingui.

Conferantur in diversas partes:

BECCARIA dei delitti e delle pene: Germanice cum annot. *Hommeli*. 1778. §. VII.

MONTESQUIEU *Esprit des Loix*, variis locis.

РАСЕДОВ *Philalethie*. I. Band. §. 60. sqq. edit. 1764.

DARJES *Iurisprud. Univers.* §. 161. sqq.

ANDREAE (Io. Iac.) *dissert. de iusta delictorum et poenarum quantitate*. Goetting. 1768.

ECKARDT (Io. Lud.) *Principia Iuris Naturalis de actionum moralitate ad Ius criminale applicata*. Ienae 1788. 8.

§. 114.

Imputatio meriti aut est iudicium de ea ^{*Imputatio meriti.*} tantum, quam diximus, *magnitudine moralitatis*, aut *de poena ipsa, alteri instigenda*. In illo praeteriti ratio habetur, in hoc etiam futuri, et scopi poenarum, Tit. VII. ita, ut alteri alterum non semper respondeat, de quo paulo post.

F 5

§. 115.

§. 114.

*Gradus
mor. in ab-
stracto et
concreto.*

Si ex singulis tantum facti determinatio-
nibus iudicium fertur, gradum moralitatis
in abstracto metimur, quodsi vero ex omni-
bus, quae huc faciunt, simul sumtis, *in
concreto*. Ibi quidem omnia praecepta sub
hac adjunctione valent, *si cetera paria sunt*.

Atque jam, age, periculum faciamus, an ab illis
quae (§. 113.) constituimus, initis, ea, quae
fere et obscurior quidam sensus comprobant et
subministrant, de gradu moralitatis iudicandi
praecepta satis bene et expedite derivari queant.

§. 116.

*Doli et cul-
pae compa-
ratio.*

Ac *doli* quidem major moralitas, quam
culpae, *doli manifesti*, si cetera paria sint,
minor, quam *clandestini*, *antecedentis* major,
quam *consequentis*, *culpae* pro *diverso gradu*
diversa, ex §. 113. statim intelligitur.

Dicatur de illo: *Culpam laetam aequiparari dolo*.

§. 117.

*Actio deli-
berata et
indelibe-
rata.*

Illius, quod deliberato animo et consilio
suscepi, non impetu quodam abreptus, ma-
ior est moralitas, sicuti in bonam, ita in
malam quoque partem, (§. 116. et 113.)
et quo major praecessit deliberatio ac diutur-
nior, tanto major.

§. 118.

§. 118.

Quousque vel ipsius *conatus s. intentionis* *) ratio habeatur in foro externo naturali, dictum (§. 28. et 103.) et quousque *intentionis et consummatae actionis, aequalis moralitas*, §. 113. Quod *directa intentione* suscepti (§. 102.) majoris momenti est, quam illud, quod *indirecte* tantum intendi, (§. 117. et 113.) si cetera paria sunt. (coll. §. 120.) **)

*) POTT de poena conatus.

**) NETTELBLADT disp. de homicidio, ex intentione indirecta commisso. Halae 1756. et in ejus exercitationibus academica. 1739 — 1779.

§. 119.

Quod prave factum in collisione, seu *Actio in collisione per-* violatio legis IN statu necessitatis, (§. 105.) *petrata,* tanti non est, si reliqua omnia aequalia sint, quanti foret extra statum necessitatis; proxime ex (§. 113. et ex §. 117.)

§. 120.

Quo cui plura aderant, quae movere debebant, ad abstinendum facinore quodam, *) *Forum,* tanto major illius tamen suscepti moralitas. *quae in con-* (§. 113.) Hinc intelligitur, sub quibus ad *trariam* junctionibus infelix *partem mo-* *malorum confessorum* *vent, vis.* *leges.*

feges, adeoque et *damni illati magnitudo*, moralitatis mensuram adaugeat ac modum.

*) Traducantur haec ad *ingravitudoem*, quae dicitur, *qualificazam*, *sacrilegium*, idque genus alia.

§. 121.

Quo e diverso *plura*, et *quae facillime abripiunt homines*, peccandi *invitamenta externa*, promissiones nimirum *amplae*; species *seductrices*; saepius *oblatae*, minae etiam ac terrores, agendi *opportunitas* *) et *facilitas externa*, hoc minor moralitatis aestimatio, ea ipsa tamen lege, ut cetera *aequalia* sint. Major tamen adhuc videtur esse actionis, ad quam *spe et promissionibus* inductus, quam ejus, ad quam *minis* compulsus fui, h. e. actionis *coactae*, *secundum quid talis*, (sit venia vocabulo) et huius ipsius diversa pro diverso coactionis et malorum propositorum gradu. **). Actionis *plane voluntariae*, quam *ex parte aliqua coactae*, majorem esse, vix est, quod moneam.

*) IO. HENR. CHRIST. ERKLEBEN: *In wie fern die Gelegenheit zum Verbrechen die Strafe desselben mindere?* Goetting. 1779. 4.

PUTTMANN (Io. Lud. Ernst) progr. delinquendi occasio an et quatenus delictum, ejusque poenam minuat? Lips. 1783. 4.

**) *Herbst*

**) *Herbst* de moralitate ejus, quod metus causa factum est. *len.* 1678. 4.

Leysler dissert. de metu. *Helmstad.* inter medic. spec. 58.

§. 122.

Praecipiunt quoque, ut, *quo quodque Factum factum magis compositum sit, eo pluris aesti- simplex et metur*; in utramque partem, de quo dispi- *compositum* ciendum accuratius. Et omnino quidem *compositum* (non ex Metaphysicorum, sed Ictorum sententia) vocatur factum, in quo plura distinguuntur diversi generis, s. heterogenea, hoc est dicere, quae non in omni alicuius generis facto conjuncta intelligi debent, sed abesse poterant, et disjuncta.

Sic v. g. furtum, effractis foribus perpetratur; aut aliud cum vi, hominibus illata, *rapina*, aut cum caede adeo, *latrocinium*, composita sunt facta,

§. 123.

Quando igitur et quousque minorum *Quantum* actionum suscipiendarum multitudo pertinaciam quandam et vim s. intentionem singularem ostendit pravi consilii perficiendi, illa *quodque va-* ipsa utique plurium conjunctione moralitas *leat in judi-* incrementa capere videtur. (§. 113.) *cio de mo-* *ralitate.*

§. 124.

*Difficultas
externa.*

Quo igitur plura *externa impedimenta* superanda fuerunt, h. e. quo perpetratu difficilior actio fuit, *difficultate* nimirum *externa*, hoc illius, reliquis iisdem, major moralitas.

Facilitas.

Contrariorum cum contrariis solet esse ratio, *facilitate actionis perpetrandae* valorem illius minui in utramque partem, leviter satis praecipiunt nonnulli. Quod si de *facilitate* quadam *interna*, s. habitu et robore quodam, acciperetur, manifesta laboraret absurditate, et ipsis, a quibus profecti sumus, initiis repugnaret. (§. 113.) Quod si vero ea intelligatur, quae remotis externis impedimentis efficitur, et, quae ipsa allicit, *opportunitate, facilitas, (externa)* re-cto se habet istud decretum, si cetera eadem sint. Haec enim agendi *facilitas* non modo tantam pravi conatus perficiendi pertinaciam non probat, (§. 123.) sed et hoc ipso aliquantulum excusat, quod plurima ac tanta fuerint peccandi invitamenta. (§. 121.)

Dicatur hoc loco 1) de *interversione*, si contendatur cum facto 2) de *justitia poenarum atrociorum*, illis ipsis factis propositorum, (si jant agitur legum poenarum ferendarum consilium) quarum tanta est perpetrandorum *opportunitas*, et occasio, quae vix praescindi potest. Quibus illustrantur dicta (§. 112. nos. *)

§. 126.

Concurfus, et illius, quod *) *focius qui-* *De sociis.*
dam (§. 110.) fui attulit ad ipsum factum,
 major esse vis potest in imputando, quam
 ipsius *audoris fuisse* s. d. per eadem, quae
 diximus. (§. 113.)

*) Veluti si dominus jubet aliquid facere fervum,
 praesertim minis adjectis, quod alioqui non
 facturus fuisset.

§. 127.

Haec fere sunt, de moralitatis gradu, per *De gradu*
 singulas facti partes (in abstracto) singula *mor. in*
 judicia, si non omnia, certe praecipua, et *concreto.*
 ad quae reliqua facilissimo referantur negotio.
 Satis praeterea ex ipsis, a quibus illa profici-
 untur, initiis, (§. 113.) intellectum puta-
 verim, *philosophicam* haec judicia *neceffitatem*
 plane non inturbare. *In concreto* autem
 ita rationes subducendae sunt, ut singulis
 aequa lance ponderatis, omnia computen-
 tur, et quae totius summa fiat, spectetur.
 Fieri enim potest, ut, quae, ex aliqua parte
 considerata, minoris aestimanda videretur,
 actio, cum alia collata, ex altera parte mi-
 rum quantum hanc superaret.

Illustratur in praelectionibus factio quodam singu-
 lari. Est hic locus ex genere *Mathesios inteh-*
forum, in quibus forte, quid a quo superetur,
 in perfacili cognitione versatur, sed, *quantum*,
 minutatim interrogantibus ac per numeros quae-
 si respondere non datur.

Neque

Neque vero tamen is ego sum, qui *calculum* quendam, ut *intensorum* omnino, ita et *ethicae quantitatis*, et numerorum in hoc genere usum plane contemnam, quinimmo maximopere agnoscami. Illud tantum affirmo, in eaque adhuc sum sententia, numerorum quamcunque rationem sequas, nunquam ex asse respondere comparato rerum huius generis valori, et arbitrarii multum habere; quod quidem ex iis, quae de *gradu 1. intensiva quantitate* in *Metaphysicis* praecipuntur, intelligi potest. Quae quidem tractum abest, ut pugnent cum ingeniosissimis cogitatis, et omnes omnium, qui de hoc loco aliquid ausi sunt, conatus multum superantibus, splendidissimi scriptoris, *Caroli von Dahlberg*, in *Gedanken von Bestimmung des moralischen Werthes*, Erford. 1782, ut potius iis ipsis confirmentur. Conf. p. 19.

§. 128.

Altera pars impunitatis meriti.

Quodsi vero quaeritur de modo ac mensura poenarum, nunc alteri infligendarum, (§. 114.) sermo nunc non suscipitur de malis, ad reparandum damnum alteri inferendis, quae quidam poenarum, satis vage ita dictarum, numero habent. Nam de reparando damno suo tempore dicendi locus erit. Sed de *poenis provisoriiis* disputatur. Quarum quidem scopus erat *securitas*, adeoque aut *territio*, sive *ipsius laedentis*, sive *aliorum*, aut *emendatio*, sive *ipsius laedentis*, sive *aliorum*, et ipsa tamen *ad securitatem relata*. In hoc igitur poenarum genere *futuri* potissimum ratio habetur, *praeterito* tamen non penitus excluso.

§. 129.

§. 129.

Nimirum ante omnia *gradum moralita-* *Gradus*
ti spectari hic quoque convenit 1) *hactenus, mor. quous-*
 ut poenae gravitas respondeat satis atrocitati *que specte-*
 moralitatis, (§. 113.) nec levitas obsit *tur.*
con- *justas* avertationis et abominationis
 significandae pariter atque excitandae, tum
 in ipso laedente, tum in aliis, adeoque
 scopo emendationis ac territionis simul; sed
 2) et *hactenus*, ut poena respondeat *firmitati*
ac nobori pravae indolis, (§. 113.) sive in
 scopum emendationis, sive, ubi huius spes
 exulat, plenariae securitatis ac territionis
 aliorum, immedicabile vulnus adeo rese-
 cando.

§. 130.

Quodsi unius securitatis ab ipsius laeden- *Securitas*
 tis novis ausibus ratio habeatur, iustitiae est, *ab ipso lae-*
 quousque vinculis obtineri potest et carcere, *dente,*
 ipsius vitae adhuc parci. (§. 51.)

§. 131.

Quodsi vero territionis aliorum ratio si- *Territio.*
 mul habenda omnino, poenae et *genus* et
modus referri debet ad indolem animi alio-
 rum, quos movere debet, cognitam, atque
 spectari, quaenam sint maximam vim ani-
 mis, *certe plurimis*, adhibitura. Hinc 1)
 judicare licet de vi, necessitate et iustitia
 supplicii capitalis *) 2) considerandum, non
 G ipsam

ipsam poenae atrocitatem, cuius sensus tandem hebescit, et a qua praeterea saepe recedendum est, *) sed certitudinem potius et praesentiam, ut quasi e vestigio sequatur, non transitoriam illam vim et impetum, sed memoriam, quotidiano aspectu et ipso intuitu innovatam, maxime hominum animos movere; 3) intelligitur, poenae genus, quoad eius fieri possit, accommodandum esse generi ipsi malorum, quibus aliquis delictose subducere voluit, et bonorum, quae quis hoc delicto consecutus est, ut ipsum confilium delinquentis frustretur, **) 4) tandem hic quoque dandum esse aliquid praedicatis hominum opinionibus.

*) Quamquam de his amplior dicendi materia in Politicis, hic tamen quaedam occupare visum fuit, ac certe summatim hunc locum attingere. Interim teneant nostri, quae et a quibus ingeniosissimis viris, recentiori memoria in utramque partem disputata sunt.

Pugnant ex altera parte, cum qua & nos facimus,

2) BECCARIA (M. di) dei delitti e delle pene. Napoli 1764. 8. supra cit. cuius translatio germanica emendatior, et *Voltaire* cogitatis auctior, prodiit Vratislav. 1788. 8. cui jungantur, quae Cl. *Barckhausen* contra poenas capitales differuit, *alique nonnulli, im Deutschen Museum.*

2) *Vala-*

2) *Valazé* (Dufrique de) Loix penales, eius translationem germanicam acceptam referimus Cel. *Caesari*, Lips. 1786. qui et ipse partim in *dissertationibus subiunctis*, partim in *Denkwürdigkeiten aus der philosophischen Welt*. P. v. suppliciorum capitulum iustitiam acutissime impugnavit.

Ex altera parte:

3) *Schott* (Chrph. Frid.) peculiari dissert. Tubing. 1756. de genuino fonte juris Vitae et necis. in dissert. eius juris Naturae Tom. I. n. 5.

4) *Anon*; welche Strafe ist wirksamer, Todesstrafe, oder ewige Gefängnisstrafe? Königsb. und Leipz. 1770.

5) *Montanari* (Anton.) dissertaz. sopra la necessità della pena di morte. Verona. 1770.

6) *Vergani* (D. Paolo) della pena di morte. Milano. 1777. et 2) 1780.

7) *Runde* (Iust. Frid.) Vertheidigung der Rechtmäßigkeit der Todesstrafen, aus Grundsätzen des allgemeinen Staatsrechts. Cassel 1776. 4.

8) *Iacobi* (Andr. Ludolf) Versuch einer Apologie der Todesstrafen. Lemgov. 1776. 8.

9) *Schall*, (I. E. F.) von Verbrechen und Strafen, eine Nachlese und Berichtigungen zu dem Buche des M. di Beccaria, nebst

nebst einem Anhang, über einige neuere deutsche Schriften von dieser Materie, besonders über Hrn. Barckhausens Bestreitung der Todesstrafen. 1779. 8. Neque quemquam poenituerit legisse, quae acute, ut solet, disputavit

10) *Tittel* (Göttl. Aug.) Ueber Todesstrafen gegen Moerder. Ein Gutachten bey Gelegenheit einer neuen schwedischen Verordnung. Francof. ad Moen. 1780. cui sese opposuit

11) *Cremers* in scripto: Etwas für Menschen ohne Vorurtheile, Augustae Vindob. 1781.

12) *Kühn* (Io. Adolph.) vom Recht über Leben und Tod, wie fern es dem Staat ueber einzelne Bürger und Unterthanen zustehe. Lips. 1788. 8.

Propius ad nostram sententiam §. hac et praec. accedit

Schüren, (P. L. von) Wenn laeßt sich in wohl-eingerichteten Staaten die Todesstrafe rechtfertigen? Col. Agripp. 1788. 8.

***) Ut alia poenarum nimis atrocium et crudelium incommoda, et ad ipsum humanitatis sensum pericula taceam.

****) Dicatur de poena furti, certaminum singularium, et, si quis, vitue pertaesus, crimen commisit, supplicii capitalis appetentior.

§. 132.

In ea igitur ipsa, quae laedenti infligi debet; poena constituenda, non semper exacta aequalitas servari potest gradus moralitatis, (§. 113.) sed potius ratio habenda damni, ex ipsarum actionum licentia metuendi, territionis aliorum, et in societate, sigillatim civitate, salutis publicae, ut paucis omnia complectar, ita, ut mitius aliquis tractetur forsitan, quam pro una ratione gradus moralitatis necessarium fuisset.

- 1) Occupetur aliquantum locus *de vi legis poenalis in praeserivum*, eius praesertim, quae durior delicto, quam quae hucusque coerceri solebat, poena statuitur.
- 2) *Quaer.* sitne dandum aliquid *indignationi plebis*, utique non semper gradui moralitatis respondenti, sed magnitudini potius damni, actu dati, ita, ut *ex hoc capite*, reliquis etiam omnibus aequalibus, tamen *distingui conveniat a consummato delicto attentatum?*
- 3) *Qu.* An et hoc aliquid valere debeat ad mitigandam delicti attentati, sed mero casu non perfecti, poenam, quod *ipsius consilii pravi*, utut constantissimi, *frustratio poenae* alicuius loco habenda sit?
- 4) Cogitetur etiam de illa specie, ubi *attentatum delictum non tam in vulgus notum est.*

Non attinet seorsim dicere de imputatio-
ne, quam quidam dicunt, *permutatoria*, h.
e. facti alieni, opposita *simplici*. Haec enim
tum demum iusta intelligitur, si quis suis
quibusdam factis, culposis, aut dolosis, fa-
ciendo, omittendove, contulit ad factum
alienum; adeoque omnis imputandi facti
alieni ratio iisdem, ac proprii, praeceptis
constat.

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO PRIMA

**IVS NATVRAE, STRICTISSIME
ACCEPTVM, SEV EXTRASOCIALE.**

G 4

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

IVS NATVRAE STRICTISSIME

S. D. SEV EXTRASOCIALE.

CAPVT I.

IVS NATVRAE ABSOLVTVM.

TIT. I.

De Aequalitate et libertate naturali.

§. 134.

Ita vero, quae huius loci sunt, occupata esse video, fere omnia, (Cap. III. praec.) ut vix, sed tamen aliquod spicilegium relictum sit. Asserta satis superque *aequalitas omnium absoluta, et libertas naturalis, plena, nec, nisi naturali illo, ut cuique, quod est ipsius, saluum sit, limite, circumscripta.* Quibus quae proxime respondeant aliorum obligationes perfectas non attinet repetere, eum ipsas illa una contineat omnes, *ne violetur suum alterius connatum;* (*Adventitium enim et adquisitum in hoc statu nondum intelligitur*) ita ut omnis obligatio, omne jus perfectum negativum tantum sit, *omnis ommissio iusta.* (§. 78.)

Monitum commune.

Aequalitati Ex ipsa autem illa *aequalitate absoluta*
quae conse- proclive est, intelligi si nullum alicui praes-
quencia sine cipuum jus, nullam prerogativam, nullam,
 quae dicitur, *proedriam et praecedentiam*, jure
 perfecto deberi, sed omne ejusmodi jus esse
 conditionis adventitiae demum, (status hy-
 pothetici) quod ipsum ad *gentes* quoque
 transferre licet.

I T V I D

Campan (Frid. Bened.) *prog. de jure proe-*
driae naturali. Vireb. 1742. 4.

Neque *antiquitas* tale jus tribuit, contra
Cocceji ad Grotium Tom. II. p. 326.

Actas aliud aliquid est, quam loci occupati
prioritas.

Quae Li- Libertati autem illi naturali, nulla sua
bertati na- parte adhuc imminutae, ac circumscriptae, re-
surali ple- spondet *jus* quoddam cuiuslibet *in se ipsum, **
nae. *et omne suum connatum*, vitam, corpus, ani-
 mam, *jus ad existendum et operandum.* Ne-
 mo alterius, quilibet suus est; neque adeo,
 quod *Stagyritae* videbatur, *servi quidam sunt*
natura. Quilibet tamen, cuiuscunque pla-
 cuerit, et quoecunque modo^{oo}), fieri potest.
 Immo et *Antochirias* jus quoddam est in
 hoc statu, (coll. §. 72. not.). Atque ex
 eadem libertate naturali plena ius intelli-
 gitur, aliis concedendi, denegandi, aditum,
 collo-

colloquium, et aliud quodcunque commercium, utcunque ceteroquin inhumanum sit, ferreum et importunum sui copiam aliis negare.

*) *Stryck* de I. hom. in se ipsum, Fr. ad Viadr. 1675.

*) *Novissimo* aleae jactu, *Tacitus* refert de majoribus nostris, de libertate certant, *Victus* voluntariam servitutem adit.

TIT. II.

De aliis non seducendis, aut moribus illorum corrumpendis.

§. 137

Pravus ac perversus nemo, nemo cum scelere nascitur, nec magis cum virtute. Integritas morum atque animi est in bonis homini connatis. Ne igitur corrumpas mores alterius. Non tantum *seducto* ipsi, *sub quibusdam adjunctionibus*, de laesione conqueri licet, sed et *aliorum* in ipso statu mere naturali pluribus uno modo interest, (§. 53. et ex jure securitatis §. 51.)

Seductor quatenus laedat.

Dicatur de *virgine vitata*, quatenus haec spectari queat, ut *laesa*, quo judicari queat de ejus jure postulandi *satisfactionem privatam*, ab obligatione ad *alendum spurium*, et a *satisfactione publica*, probe distinguendam.

TIT. III.

~~—————~~
TIT. III.

*De Iure conato in declaranda mente
nostra et aliorum.*

Heuberi, (Vit. Bened.) disp. de eo, quod
iustum est circa sermonem, Ien. 1663. 4.

Titius (Gottl. Ger.) disp. de officio fermocin-
nantium. Lips. 1696. 4.

§. 138.

*Ius cona-
sum sinceri-
tatem po-
stulandi.*

Nulla alicuius obligatio naturalis absolu-
ta perfecta, nec igitur ullum mihi jus con-
atum perfectum ab altero postulandi, ut
mentem mihi suam declaret et vera dicat.
(§. 134. 78.) Sed neque putandum, alteri
jus esse pro lubitu mihi imponendi, et falsa
loquendi omnino. Immo potius 1) quo-
tiescunque *falsiloquium* alterius (*subjective et
moraliter tale*) sub specie sinceritatis demon-
strat conatum alterius nocendi, ac meo me
privandi, toties pro laedente tractare illum
licet, (§. 28. 3.) adeoque *datur jus aliquod
sinceritatem postulandi conatum s. in statu etiam
naturalis absoluto.*

Latius hoc ita efferri potest: Quicumque in decla-
randa sua voluntate ita se gerit, ut cona-
tum ostendat alios laedendi, laedentis numero
habendus est.

§. 139.

§. 139.

Si *falsiloquium objective tale tantum*, sed *Continua-*
 culposum, i. e. ex ignorantia et errore, qui *sio.*
 vinci poterat, mihi nocuit, est tamen laesio
 culposa. *Aut plane non loquendum, aut circa*
cum specte, si tibi ipsi de re nondum satis certo
constat.

§. 140.

Declaratur mens aut *verbis aliisque si-* *Declaratio*
gnis, quae ex usu verbis proxime respon- *voluminis*
 dent, (veluti nudi, aut abnuendo) aut aliis *expresse,*
factis, sive *commissivis*, sive *omissivis*, ibi *tacite,*
expresse, hic *tacite.*

§. 141.

Qui in mente sua *expresse declaranda* ita *Falsilo-*
 versatur, ut dolose aliam verbis et signis *quium indi-*
 potestatem tribuat, quam ex usu communi *rectum.*
 habent, ita etiam, qui ambiguis utitur, et
 reservationibus mentalibus, ad alterum cir-
 cumveniendum, non minus pro laedente
 habendus est, quam, qui directum et aper-
 tum animo laedendi falsiloquium sibi indul-
 get. Sed et qui *culpose* et incaute contra
 usum signa adhibuit, laesionis culposae reus
 peragi potest. Verba et signa adhibenda et
 interpretanda ex usu communi.

§. 142.

Mendacium, falsiloquium subjective tale, *Menda-*
 dolosum, h. e. animo nocendi commissum, *cium et cri-*
men falsi,
 ipso

ipso Iure Naturae absoluto prohibitum. Ita quoque *crimen falsi* omnino, quo *falsa* dolose producuntur, contra Ius Naturae absolutum est. Est autem *falsum* quaelibet immutatio veritatis in damnum alterius. Ipsum crimen falsi, si illud spectatur, circa quod versatur, aut *personale*, aut *reale*, aut *verbale*, si modus, aut *reale*, aut *verbale* est.

Rechenberg (Carol. Otto) disput. de mendacio, speciatim eo, quod in foro humano punitur. Lips. 1732. 4.

Saurin (Jacob.) Commentatio de mendacio, inserta Tom. I. des Discours historiques, critiques, theologiques et moraux sur les Evenemens les plus memorables du Vieux et Nouveau Testament; et in Translationis german. Rambachianae Part. II. p. 123.

Michaelis (Io. David.) Von der Verpflichtung der Menschen die Wahrheit zu reden. Goetting. 1750. 4.

§. 143.

Contestatio, sermo, ad persuadendum alteri fortius de sinceritate nostra accommodatus, ex quo genere est *juramentum*, quo provocamus ad vindictam divinam sub conditione *mendacii*, s. quo Deum testem ac vindicem mendacii invocamus, animo nocendi adhibita, Iure naturae absoluto jam prohibita. Ergo et *perjurium*, juramentum *subiective falsum*, *) animo laedendi prolatum, seu, quo mendacium confirmare animus

Contestatio,
Iuramen-
sum, Per-
jurium.

animitas est; fore jamjam externo naturali vindicatur; **) non, ut violatio officii cuiusdam, pietatis nimirum, deo debiti, ***) sed ex §. 138. Quid sentiendum, si culpose tantum contestationes et iuramenta falsa sint, ex §. 139. intelligitur. Plura de Iuramentis in Iure Naturae hypothetico. In statu mere naturali nemo adigi potest, ut iurejurando se obstringat, attamen, ut a perjurio sibi temperet, postulari.

*) Explicetur, quid sit, quod differat inter veritatem et falsitatem subjectivam et objectivam iuramenti; nec non de vero iuramento, quatenus e regione collocatur imaginario.

**) Contra Hobbesium in Leviathan P. I. cap. 12. p. 57. et Breuning in diss. de iuramento, iure gentium incognito.

**) Longe aliis argumentis ac propriis, majoremque menti vim adhibentibus, in ethicis iurejurandi religio inculcatur. Hic tantum de obligatione fori externi sollicitis ea solum spectare licet, quae communia sunt cum contestationibus omnino.

De aequivocationibus, reservationibus, quas vocant, mentalibus, a iurejurando alienis, praeter ea, quae §. 141. dicta, nihil proprii huic loco superest.

TRT. IV.

De Iure connato famae et existimationis.

Thomasii (Chrn.) dissert. de existimatione, fama, et infamia extra rempublicam. Ha-lae 1709.

Puffen-

Puffendorf. (Samuel) *diff. de existimatione.*
Heidelbergae 1667.

Schelwigii (Gordl.) *diff. 2. quid liceat pro
fama?* Gryph. 1706.

§. 144.

Existimatio hoc loco intelligitur **judicium**
Existimatio aliorum de nostris virtutibus (perfecti-
bona, mala. bus) aut vitiis moralibus, adeoque aut bo-
na est aut *mala*. Ex jure connato *securitatis*
pariter et *augendae felicitatis* efficitur jus
quoddam ipsum connatum circa existimatio-
nem nostram, quod nunc declarandum ul-
terius.

§. 145.

Simplex,
intensiva.

Dum de *injustitia* alicuius nondum con-
stat, *simplex* eius *existimatio bona*, facta, te-
cta, et integra manet, atque juribus viri ju-
sti fruitur, hinc jure suo ab aliis exigit, et
merito, ne ipsum pro injusto declarent,
quia sic ipsi negarent viri justii jura, adeo-
que in eo turbarent, quod est ipsius, in-
primis autem in grave discrimen adducerent
eius securitatem, et multis modis felicitati
eius in melius promovendae obstruerent.
Intensiva existimatio plures requirit, majores
que virtutes, quibus aliis alius excellit.

§. 146.

Ius e. sim-
plicis con-
natum.

Nemo injustus nascitur, nemo existit,
nisi laesionibus, aut conatu laedendi decla-
rato.

rato. E. *jus existimationis simplicis pertinet ad te meum connatum, contra quam qui sibi aliquid indulget, me laedit.*

§. 147.

Honor, externus ille quidem, latiori vocabuli potestate, est quilibet actus, quo alii judicium suum de meis perfectionibus, contentus externus late s. d. quo opinionem de imperfectionibus meis declarant, quod si verbis fiat, laus et vituperium latius vocantur. Adducior vocabulorum honoris et laudis vis ea est, ut sint facta, aut verba, quibus excellentior aliquis me aliisque declaratur, contentus et vituperii e diverso, ut factis aut sermone imperfectior aliquis omnino me aliisque declaretur, ubi tamen spectanda esse videtur debitae perfectionis tantum absentia, et imperfectio culpola.

Honor est contentus externus, laus, vituperium.

Sed in foro externo mere naturali nulla debetur alia virtus, quam justitia. (externa.)

§. 148.

Ex jure in simplicem meam existimationem (§. 146.) et quod nonnisi justitia debetur in foro externo mere naturali, (147. not.) est mihi jus connatum ab aliis omnibus exigendi, ut abstineant omni contentu externo et vituperio. (147.) Minime autem exigere licet honorem et laudem, late s. d. multoque minus stricte s. d.

Jus connatum repellendi contentum et vituperium.

H

§. 149.

§. 149.

*Continua-
tio.*

A nemine quidem exigere datur, ut se aliisque me excellentiorem agnoscat, idque honore et laude stricte s. d. prae se ferat. (§. 78. 134.) Sed neque est, quod committam, ut alii contempnant me et vituperent, significatu strictiori, i. e. ut agant contra *existimationem meam intensivam bene meritam*, vi juris augendae meae felicitatis, ad quam illius tanta vis est.

§. 150.

*Obtrectatio
et calumnia.*

Obtrectatio, qua de veris meis virtutibus detrahitur, et *calumnia*, qua vitia mihi asfinguntur, laesionum numero sunt, sive peccetur contra existimationem meam simplicem, sive intensivam, justam ac bene meritam.

§. 151.

*Injuria rea-
lis, verbalis.*

Injuria, strictè s. d. i. e. actio, justae, ac debitae alteri existimationi contraria, dolosa, animo nocendi, verbis, *verbalis*, eaque *scripta*, vel *non-scripta* (*nuncupativa*,) facta, a verbis distincto, *realis*, est laesio. Qui verba in factum et rei veritatem temperat, non est injurius.

Dicatur de *libello famoso*, et *sargra*.

§. 152.

§. 152.

Mala etiam existimationis, similem, ac bonae, (§. 145.) partitionem eo interpretantur nonnulli, ut *simplex* sit, ubi virtus deest, *intensiva* ex laesionibus oriatur, huiusque major gradus, *infamia*, ex insigni laedendi conatu ac habitu. Cum vero in foro externo mere naturali iustitia tantum externa debeatur, mala existimatio simplex illa, quam quidam dicunt, in hoc foro nulla intelligitur.

*Mala exist.
simplex, in-
sensiva.*

Conferatur omnino adhuc in hunc locum,
Achenwall I. N. P. I. §. 96 — 105.

TIT. V.

De Iure connato in res, extra nos positas.

Goebel (Io. Guil. de) de communione primaeva. Helmst. 1727.

Kammerich (Dieter. Herm.) de communione primaeva. Viteb. 1724.

Slevogt (Io. Ph.) de I. omn. in omn. Ien. 1685.

Nettelblatt Theoria generalis de iure in re, quae est res nullius. Halae 1779. 4. et in eius Exercitat. acad. 1739 — 1779.

§. 117.

Res, Iuridice accepta, nunc omne illud intelligitur, quod homini utilitatem afferre valet, nec est persona, ita tamen, ut ipsae

*Res quid,
corporalis,
incorpora-
lis, mobilis,
immob., etc.*

H 2

perfo-

personarum operae et facta rebus imputentur; nunc adductior vocabuli vis facta excludit. Sic quidem res aut corporales sunt i. e. ipsae naturae corporeae, quae in sensus incurrunt, aut incorporales, ex quarum genere sunt jura et obligationes. Sin autem latius accipiatur res, facta quoque numeranda sunt in rebus incorporeis.

Res corporales aut mobiles sunt, aut immobiles, quae, salva ac integra re, de loco in locum transferri nequeunt.

Tandem in omni re corporali, eodemque modo incorporali, ipsam rem s. substantiam, ab eius consecrariis et usu, et eodem modo jus re quadam utendi fruendi a proprietate illius distinguere convenit, vi cuius illam rem ita meam habeo, ut quemcunque alium ab eius substantia et usu excludere liceat. Sic etiam in terra nostra solum immobile ipsum, eiusque partes, ab iis, quae e terra gignuntur, et animantibus brutis, horumque usu disjungimus.

Alias rerum ac varias divisiones suo quasque loco explicabimus. Vid. quasdam in disp. Nesselbladsiana, antea citata.

§. 154.

Conditio
originaria
rerum ex-
tra nos po-
sitarum.

Citra omne factum humanum, terra, omnesque eius partes, quaeque ex terra gignuntur, et in terra versantur, extra nos posita, sunt *res nullius*, i. e. nemini singulo adhuc propriae, *vi aequalitatis moralis absolutae*.

Sed neque subsunt *communioni* cuidam *positivae*, quam Grotius effinxit, eoque inter.

terpretatus est, ut universo quasi hominum generi, (collective sumto) jus competat in universitatem rerum, extra nos positaram, nec ulli singulo liceat, proprium sibi aliquid efficere, *citra consensum aliorum*, sive expressum, sive tacitum. *)

Neque vero etiam *Puffendoriana communitio negativa* hactenus placet, ut ad proprietatem consequendam tamen *consensu* aliorum opus fuerit **).

Neque etiam *Cel. Fischeri* ***) *codominium* ipsius terrae, universis attributum, salvo ceteroquin jure dominii particularis et solitarii in productis huius terrae, et iis, quae in terra versantur, ex principiis fori externi, mere naturalis, satis fortiter colligi potest.

Quapropter cum *Cocceji* ****) *aliquis* nobis placet, in statu originario, s. naturali absoluto omnia adhuc esse nullius, quam si *commissionem negativam* dicere placet, ab ipso hoc vocabulo non abhorremus.

*) *Grotius* de I. B. et P. L. H. cap. 2. coll. Cocceji utroque ad h. l.

***) *Puffendorf* de Iure Naturae et G. Lib. IV. cap. IV.

Consensum reliquorum ad dominium consequendum requirit etiam *Rutherford's Institutions of Natural Law*, vol. I.

****) *Von der teutschen Erbfolge*.

*****) *Samuel de Cocceji* dissert. prooem. I. VI. XII. et passim in *Additamentis ad commentarium* Henr. de Cocceji.

Ackemaill E. N. P. L. §. 116. not.
Brismann (I. H.) disert. præf. *Alubns*
beck Theses de jure naturali, communio-
 nem primævæ, ac primordia domini-
 i spectantes. Gryph. 1782. 4.

§. 155.

Ius connatum
 in res,
 extra nos
 positas.

Ius igitur connatum cuilibet 1) non
 tantum utendi fruendi rebus huius terræ,
 ad necessitates, commoditates et iucundita-
 tes huius vitæ; salva ceteroquin ipsarum
 rerum substantia, et *communione* quoad illam
negativa, sano sensu, (§. præc.) sed et 2)
 res, ab aliis nondum occupatas, occupan-
 do proprias sibi reddendi, partim, quia hæc
 res, adhuc vacuæ, occupatione nullius jus
 violatur, *neque ipsa æqualitas originaria*,
 quæ cogitatio quosdam ancipites tenuit, par-
 tim, quia utilitas, ex ipsis rebus capienda,
 sæpiissime sine proprietate intelligi nequit,
 ut alia plura taceam.

Falluntur igitur, qui ex instituto demum
 civili proprietatis originem repetunt cum
Hobbessio de cive cap. 1. §. 10.



IURIS NATVRAE STRICTISSIME

S. D. I. EXTRASOCIALIS

CAP. II.

IUS NATVRAE HYPOTHETICVM

§. 156.

Ius Naturae hypotheticum versatur in ex-Ratio erdi-
plicandis *juribus* et *obligationibus* adventitiis ^{nit eorum,}
et *acquisitis*, in conditione tamen hominum ^{quae sequu-}
extrasociali. Hinc ante omnia exponen- ^{tur.}
dum de *modis acquirendi iura* tam in *res*,
extra nos positas, quam in *personas*, nec
non de *titulis acquisitionis*.

TIT. I.

De modis ac titulis acquirendi ge-
neratim.

§. 157.

Omnis *acquisitio* illius, quod tempore *Acquisitio-*
acquisitionis erat alicuius alterius, (i. e. a ^{vis objecti}
quo alios excludendi alteri *jus* erat) ^{va divisio.} *deri-*
uativa, illius, quod non erat, *originaria* late
s. d. nobis vocabitur. *Huius* vero generis
aliquid *aut* tempore *acquisitionis* nullius erat,
aut nullo tempore antea extitit, neque ut
nullius, nec, ut alicuius alterius, sed simul-
atque existebat, meum esse intelligebatur.
Illius *acquisitionem originariam* *strictius* appel-

H 4

labi-

labimus. Haec in genere *accessorium* inferius explicabitur.

Res nullius adhuc *domini* fieri tamen potest, ut jaceat, ad me relata, cum alia sit res nullius striete s. d. ita, ut in acquisitione originaria strictius sumpta duas quidem adhuc formas distinguant, de quibus deinceps suo loco. (§. 180. et 182.).

§. 158.

Modus ac-
quirendi
quid?

Modum acquirendi, a titulo disjunctum, interpretor quodcumque factum, sive meum, sive alienum, immo et quemcumque eventum naturae et fortunae, quo aliquid, quod non erat in meis, meo *physice* jungitur, ex meo oritur, aut in meam potestatem ita redigitur, ut de eo disponere (*physice*) valeam.

Titulum vero eiusmodi aliquid intelligo, ex quo intelligitur, salvis meis officiis, ad-eoque, salvo aliorum jure perfecto, aliquid ut *meum* spectari posse, certe virtualiter tale §. 1.

Sunt autem, qui *modum acquirendi* dicentes, ita vocabuli potestatem extendunt, ut ipsum titulum aut intelligant, aut imputent.

Nec desunt, qui *modum acquirendi* omnino interpretantur, quodcumque factum, quemcumque actum, quo aut *physice* aut *moraliter* in *res* meum aliquid transfertur, ita quidem, ut pactum, promissi acceptatio, eaque sola, citra traditionem aliquam, ex
prae-

praeceptis juris naturalis, fit modus acquirendi huius generis.

Nos autem eam, quae primo loco explicata est, vocabuli vim constanter sequimur, ita, ut, ex decretis juris naturae, etiam sine modo acquirendi, modo titulus adsit, meum aliquid fieri possit.

Titulus qui iustus, qui iniustus sit, in genere, proclive est intelligi.

De ambiguitate horum vocabulorum: *modi acquirendi, et tituli acquisitionis* conf., Hoepfner *Naturrecht*, p. 37. edit. primae.

§. 159.

Erit igitur *modus acquirendi originarius* Modus acqu. originarius, derivativus. *late s. d. rei*, quae tempore acquisitionis non est alicuius alterius, *strictius*, illius, quae erat nullius, *derivativus* vero eius, quae tempore acquisitionis est alicuius. (§. 157.)

Simplicissime ab *obъекto* acquirendo modi acquirendi derivativi et originarii formas explicandi rationem duci, existimo. *Ocupatio*, de qua suo loco, neque *solus* est, neque *solius* acquisitionis originariae modus.

§. 160.

Atque eadem ratione *titulus acquisitionis originariae* erit (aliqua causa, ex qua intelligitur, cur aliquid, quod non est alicuius alterius, jure meritoque pro meo habeatur, *derivativae* quae ratio sit, non attinet multis exponere. Titulus acqu. orig. der.

H 5

Neque

Neque ea rei conditio, quod sit nullius, originaria, neque pactum derivativae acquisitionis unicus titulus est.

TIT. II.

De variis juris realibus, objective s. d. generibus.

§. 161.

Ex juribus, quae dicunt, rerum cum *jus ad rem* s. personale, objective acceptum, sit jus, quod proxime in certam quandam personam mihi competit, postulandi, ut aut *rem stricte s. d.* praestet, aut *factum*, de illo agendum in loco de modis acquirendi jura in personas. Hic ergo tantum attinet, juris in re, s. realis, objective sumti, varia genera atque potiora explicare, et in his jus in re quadam absolutissimum, s. dominium *κατ' εἶδος* s. d. plenum et irrestrictum.

Hahn (Henr.) de Iure rerum et juris in re speciebus. Helmst. 1643. 4.

Hommel (Aug. Ferd.) de quinque juris in re speciebus, nec semper, nec solis talibus. Lips. 1736.

Gruener (Io. Ernst.) de jure in re nostral et aliena. Jenae 1747.

Rappolt (C. F.) disp. praef. *Scheidemantel*, de numero specierum juris in re, et an possessio illis sit unnumeranda. Stuttgart. 1786. 4.

§. 162.

§. 162.

Est autem *dominium* absolutissimo signifi-
 catu jus proprium, i. e. exclusis aliis, re
 quadam corporali pro arbitrio utendi, s. de
 illa pro arbitrio disponendi, salvo tantum
 suo aliorum. Usus autem ille rei late s.
 d. aut dispositio de re late s. d. omnes, qui
 intelligi possunt, actus, circa rem quandam
 suscipiendos, complectitur. Strictius autem
 jus re utendi a jure de re disponendi distin-
 guitur. Conf. Achenwall. P. I. §. 143.

*Dominii
 absolutissi-
 ma forma:*

Diximus autem hic de dominio rei cu-
 iusdam plenissimo. Quo vero etiam, usu
 ita ferente, dominii alicuius minus pleni
 appellatio sine repugnantia intelligi possit,
 quidam, unum jus de ipsa substantia rei di-
 sponendi in *forma* et *essentia dominii* repu-
 tantes, reliquorum actuum et dispositionum
 jus *naturalium* loco tantum habent. Vid.
 Perill. Nettelblatt. §. 216.

§. 163.

Quodsi jam de singulis juribus, quae
 cum dominio intelliguntur, quaeritur, pos-
 sunt vero omnia cum *Achenwallio* revocari
 ad *jus disponendi*, et *jus re utendi*, strictius
 acceptis vocabulis. Atque tum *jus disponen-
 di* ad illos actus pertinet, quibus vel res
 ipsa, vel dominium ejus non amplius sal-
 vum manet, *jus vere utendi* ad reliquos,
 ita tamen, ut in hoc ipso *jus fruendi* vere
 ac *proprie s. d. a jure quodam alio utendi*
 re,

*Jus dispo-
 nendi et
 utendi in
 specie.*

re, multo adductiori vocabuli potestate, distinguatur.

§. 164.

Alia partitio.

Alia autem ratione, re ipsa tamen eadem, cum Perill. Nettelblatt distinguere licet jura, ipso dominio contenta, h. e. dicere, jura, quae ad ipsam rem corporalem spectant, a juribus, quae versantur circa dominium, i. e. circa jus hoc, ut rem incorporalem; ita, ut in illis sit 1) nuda proprietas 2) ususfructus (causalis) 3) jus possidendi (causale) de quibus singulis deinde pluribus; in his autem numeretur jus ipso dominio se abdicandi, adeoque derelinquendi, alienandi rem, aut limitandi, minuendi dominium, aut onera realia imponendi, aut etiam alii *prodominium* conferendi. Vid. §. 217 — 219.

§. 165.

Proprietas. *Proprietas*, (quam cum quidam dicunt, ipsum dominium intelligunt,) hoc loco pars illius tantum, est jus de ipsa substantia, exclusis reliquis, disponendi, aut omnimode, ita, ut vel deteriore reddere liceat, *plena*, aut contra, *minus plena*. *Dominii, absolutissimo sensu accepti, pars est proprietas plena.*

Dicatur adhuc de ambiguitate *rei communis ac propriae*,

§. 166.

Ius abutendi,

Abutitur re quadam (physico significato) qui ita illa utitur, ut consumatur, certe deterior

terius reddatur, *moraliter* autem, qui contra, ac par est. *Domino in f. e. mere naturalis jus est re sua abutendi physice, immo et moraliter*, dummodo hic ipse abusus moralis vacet omni laesione.

§. 167.

Jus utendi fruendi interpretatur jus esse omnem, quae salva rei substantia potest ^{*lus utendi*} ex re quadam utilitatem percipiendi, ^{*caus. fruendi.*} *causale* in re nostra, *formale* in aliena. Illi subiectum *jus quoddam fruendi*, strictius s. d. jus rei *fructus* sibi proprios habendi, de quibus nunc.

Marc. Aurel. Gabiani, dissert. var. de Usu-fructu nov. edit. 1789. Tubing. 4.

Boehmer (Ge. Lud.) de acquisitione fructuum Theoria generalis disp. resp. *Gustav Anton von Wolfradt*. Goetting. 1783.

§. 168.

Sunt autem *fructus* omnes res utiles, ^{*Fructus, et genera illorum.*} quae aut ex re nostra, quae *principalis* dicitur, ^{*genera illorum.*} *naturaliter ac proprie tales* (aut *intuitu rei* in me redundant, (civiliter tales) aut mea opera et labore, *industriales*, aut citra illam, *naturales*.

Diximus hic de fructibus industrialibus rei, sed et loquuntur de fructibus industrialibus operae.

§. 169.

§. 169.

Sunt domini, simulatque existunt

Omnes fructus, tam naturales, quam industriales, rei pariter, atque operae, simulatque existunt, domini esse intelliguntur, vi juris utendi fruendi omnino (§. 167.) et vi juris in se ipsum, vires et operas suas. (§. 136.)

§. 170.

Alia divisio.

Adiungamus statim aliam fructuum divisionem, ex qua aut, nondum a substantia separati, *pendent*, aut *percepti* sunt, separati, hi vero aut *extantes*, sive phyfice, sive moraliter saltem, quorum aequivalens adhuc prostat, aut *consumti*, sive phyfice, sive moraliter.

§. 171.

Naturaliter (in genere) rem quandam (corporalem) possidet, in cuius potestate illa ita est, ut, exclusis aliis, de ea disporre (phyfice) valeat, *) *civiliter*, si possidet animo, rem sibi habendi propriam, s. dominii; *mala fide*, si rem possidet, contra ius, quod alium in rem habere novit, (certe culpose ignorabat) *bona autem fide*, **) si rem talem civiliter possidet, non culpose ignorans ius alterius cuiusdam in hanc rem. ***)

*) Alii, *nudam rei detentionem a possessione naturali* sejungentes, in hac requirunt animum jus quoddam,

dam, quod ad rem spectat, exercendi, licet illud jus non sit dominium. Vid. Nettelblatt. §. 281.

Neque absens rem possidere desinit, quousque alios adhuc a re exclusos tenet, et pro lubitu suo per alios actus possessorios exercere valet. Conf. Achenwall §. 120, not. **)

***) De possessionis b. f. jure suo loco dicetur pluribus.

****) Si extendas vocabuli potestatem, ipse verus dominus, si possidet, b. f. possidere dici poterat. Aliam adhuc significationem possessoris b. f. vide apud Schott in disp. qua rem fructusque a b. f. p. restitui non debere, asseritur. Tom. I. diff. 1. N. p. 353.

§. 172.

Domini jus est possidendi ipsam rei substantiam, ex jure de re disponendi, eaque utendi quocumque modo. Sed neque a jure possidendi ad ipsam possessionem, nec a negata possessione ad negandum jus possidendi, neque adeo et ad negandum dominium licet colligere. Neque vero etiam a possessione ad jus possidendi, aut adeo dominium, valet concludendi ratio, quia tum civilis possessio etiam malae fidei aliqua intelligitur, tum etiam alia naturalis.

Ius possidendi causale.

Ius possidendi causale ad rem nostram, formale ad alienam pertinet, quemadmodum de simili juris utendi divisione antea vidimus.

Cave, confundas, jus possidendi cum jure possessionis et possessoris.

§. 173.

§. 173.

Jus vindicandi.

Hinc intelligitur jus vindicandi rem suam, h. e. dicere, eam repetendi a quocumque possessore, bonae etiam fidei, de quo pluribus inferius.

§. 174.

Jus alienandi.

Alienatio late s. d. est quaelibet translatio alicuius, quod meum est, in alterum, *strictius autem translatio ipsius domini*, quam igitur distinguere convenit ab *alienatione juris cuiusdam tantum, dominio contenti.*

Non esse putò, quod verbosior sim in jure domini rem derelinquendi, dominium aliqua parte minuendi, limitandi, generatim explicando, (§. 164.) sed magis propria quaedam videamus.

§. 175.

Divisio rei aut domini.

Vi juris alienandi late et strictè s. d. domino licet, aut rem ipsam, aut domini jura dividere, aut cum alio aliisve, parte sibi retenta, aut inter alios, non retenta.

§. 176.

Dominium minus plenum, directum, utile.

Sic e. g. dominium ita dividi potest cum aliis, ut dominus in alium transferat possessionem, jus omnem ex re utilitatem percipiendi, cum parte proprietatis, i. e. cum jure quodam de ipsa substantia disponendi, ita

ita tamen, ne fiat deterior, servata sibi reliqua proprietatis parte. Atque tunc uterque quidem dominus appellatur, sed minus plenus, alter quidem *utilis*, alter *directus*, atque jus alterius *dominium utile*, *alterius directum*. Domini *utilis* exempla hic tantum excitamus *feudum*, *dominium utile*, alteri sub lege fidelitatis praestandae (salarium loco) concessum, et *emphyteusis*, sub lege meliorationis et praestandi canonis annui.

Quid sit *dominium completum*, *incompletum*, *limitatum*, *illimitatum*, *quiescens*, ex §. 44. intelligitur.

§. 177.

Quid obstat porro, quo minus dominus alium aliosve asciscat in societatem quandam (communione) aut totius domini, aut cuiuslibet juris particularis domini, quod genus disponendi toto coelo differt a divisione sive rei, sive domini. *Communio* (§. 144.) domini est *codominium* (communio rei scil. positiva), distinguenda a communione juris cuiusdam particularis, dominio contenti, aut alius juris cuiuscunque. Quatenus et utile et directum dominium dicere licet, ita etiam *codominium*, aliud utile, aliud directum intelligitur. Et quemadmodum *communio juris positiva* omnino aut *completa* erat, aut *incompleta*, ita eadem *codominii* partitio suscipi potest.

Codominium.

I

§. 178.

§. 178.

Servitus rerum.

Quodsi dominus alteri jus reale, obiective acceptum, s. jus in re sua concedit, percipiendi ex illa utilitatem vel omnem, (*usumfructum formalem*) vel quandam tantum, quo ipso dominium certe restringitur, oritur *servitus rerum*, quae si est jus personale, subiective dictum, *personalis*, sin autem reale subiective spectatum, *realis* vocatur, in qua duae res, duo praedia, alterum *serviens*, alterum *dominans*, distinguuntur. Et prouti utilitas aut eo percipitur, ut dominus in re sua aliquid patiat, aut non faciat, ita *servitus* aut *affirmativa*, aut *negativa* intelligitur.

Sed fieri etiam potest, ut dominus alii aliisve jus tantum obiective personale concedat, ex re sua utilitatem quandam percipiendi, quae vero ex usu loquendi non est *servitus*.

§. 179.

Pignus.

Eam porro cogitare licet domini de re sua dispositionem, ut creditori suo jus in re sua concedat, cavendi ergo, seu in scopum maioris securitatis crediti, *pignus* s. *ius pignoris late s. d.*, aut concessa etiam creditori possessione naturali, *pignus* s. *ius pignoris strictae s. d.* aut non concessa, *hypothecam*, s. *ius hypothecae*, de quibus in loco de cautionibus.

§. 180.

§. 180.

Res intelligere datur, quarum nemo ad huc dominus est, (*res nullius domini*) neque vero tamen negative communes, (*res nullius juris*) quinimmo potius adest, qui jure gaudeat, (*certe secundum quid*) alios excludendi, illarumque dominium acquirendi, si placuerit, quas appellabimus *res iacentes*, jus autem illud ipsum *jus in re jacente*.

Ius in re jacente

Ius hoc in re jacente *reale negativum* etiam quibusdam appellatur, dominio, servituti, et pignori *juris realis affirmativi* nomine tributo.

Possessio an ex decretis *Juris Naturalis* jus in re tribuat, hic nondum satis dilucide disputari potest; de *Jure civili* res confecta.

§. 181.

Res incorporales, jura, rebus incorporabilibus ita comparantur, ut horum quoque *Quasi dominium, quasi substantia*, et *usus, quasi dominium, quasi possessio etc.* *possessio, quasi proprietates* etc. dicantur.

Sic e. g. *Ius subjective affirmativum quasi possideo*, si in exercenda actione, cuius suscipiendae jus mihi esse volo, ab altero non impediatur.

Ius objective affirmativum quasi possidere incipio, si mihi, non petenti, sed postulanti, alter sine contradictione aliquid praestat. De *quasi possessione juris subjective et objective negativi* pluribus in ipsis praelectionibus.

~~—————~~

TIT. III.

*De acquisitione originaria juris in re,
figillatim domini.*

Marpergeri (Paul. Jac.) dissert. de acquisitione domini originaria in statu naturae. Lipsiae 1741. 4.

Gunneri (Io. Ern.) de modis acquirendi jus in re, et praesert. dom. sec. I. N. Ien. 1747.

Schott (Cph. Frid.) diss. de origine proprietatis, seu dominiorum. (Tom. I. dissertat. Iuris. Natur. n. 11.) Tubing. 1760.

Anon. Essay on the Right of Property in Land. Londen 1781. 8.

SECT. I.

DE OCCVPATIONE.

Leysler (Aug.) dissert. de jure privatorum circa occupationem, in Medit. ad Pand. Voll. VII. spec. 439.

Ring (Gottfr. Weig.) disput. de originaria domini acquisitione per occupationem. Francof. ad Viadr. 1740. 4.

§. 182.

Occupatio. *Occupatio late s. d.* est apprehensio possessionis civilis (§. 171.) rei corporalis *)
aut

aut alienae, *derivativa*, aut quae non est aliius alterius, *originaria late f. d.*, eaque vel rei nullius juris, *originaria* strictiori significato, aut rei, in relatione ad sine iacentis, *aditio late f. d.*, cui variae formae sunt subiectae.* Requirit igitur occupatio originaria strictè (l. d. 1) rem nullius juris, 2) apprehensionem possessionis naturalis, ad eoque rem, in quam illa cadit, 3) animum, rem sibi habendi, sufficienter declaratum, vel *expresse*, vel *tacite*. Atque *hic* sufficere videtur apprehensio possessionis naturalis, (eiusque factae indicium quoddam) tanquam signum animi rem habendi, ut suam, donec de contrario constet.

Dicatur de variis modis apprehensionis possessionis naturalis et civilis, *labore, melioratione, inclusione, custodia*. Item de *occupatione symbolica*.

Conf. *Lock* on government civil. chap. 4.

Feder in Grundlehren zur Erkenntnis des menschlichen Willens, und der natürlichen Gesetze des Rechtsverhaltens 1782. p. 17. der Grundsaetze des Naturrechts.

Achenwall P. I. §. 124. et *Hoepfner* Naturrecht. p. 40.

*.) Quae sit *quasi-occupatio* rei incorporalis, ex §. 191. intelligitur.

§. 183.

Consecratio Res nullius juris cedit primo cuiuslibet occupanti, res autem iacens adeunti illi, ad quem relata iacet.

§. 184.

Obligatio aliorum ex occupat. Ex his intelligitur, quomodo meo quodam facto iusto, citra consensum aliorum, libertas illorum naturalis restringi, et aequalitas quodammodo sine laesione tolli, obligatio illis, certe negativa, perfecta imponi queat, quae antea nulla erat, scil. *abstinendi occupato.*

Erat ante occupationem alter alteri aequalis iure occupandi, dummodo tempore prior me praevenerisset.

§. 185.

Quid si possessio amittatur. Rei nullius, a me occupatae, ego sum dominus plenus et illimitatus, sed et *perpetuus*, (§. 55.) idque dominium solo animo retineri potest, etiam si possessio interrumpatur. (§. 172.) Ubi vero neque animus retinendi, aut recuperandae possessionis intelligi potest, cessat dominium cum possessione amissa.

Conf. Titii dissert. de dominio, in rebus occupatis ultra possessionem durante, in dissert. Titianis p. 316. — 349.

Hoepfner im Naturrecht. p. 43. edit. 1.

§. 186.

§. 186.

Qui verbis, aut factis, *) se rem quamdam suam amplius esse nolle, *nude* declarat, *derelinquere*, et mobilem quidem *abjicere*, immobilem vero *derelinquere strictiori significatu* dicitur. Res derelicta, ut res nullius juris, primo cuique occupanti cedit. Alia ratio censenda est esse rerum *iacatarum* tantummodo, aut *amissarum*, de quibus nunc.

Res derelictae.

*) *Felz* (Jo. Henr.) Controversiae illustres de rebus, pro derelictis habitis. Argent. 1708.

Ziegler (Casp.) de rebus, pro derelicto habitis, ad §. 45. I. de R. D. Vit. 1686. 4.

Fonae (Gerhard) utrum res, aquis submersae, (accubusatae) derelictis sint annumerandae. Lipsiae 1689. 4.

§. 187.

Res amissa manet in dominio ipsius adeo culpose amittentis, (§. 185. 172.) tamen huic cum b. f. possessore rei amissae singularia quaedam iura intercedant, de quibus deinceps, eademque ratione de *re iacta* pronuntiandum, nisi vero res talis sit, de cuius iactae, aut amissae, conservatione, adaeoque et recuperatione, iaciens, aut amittens ne per somnium quidem cogitavit. Tum enim, si vel maxime casu quodam insolito conservetur, quia animus defuit re-

Res amissae et iactae.

tinendi domini, et recuperandae possessionis, cum ipsa possessione dominium amissum viderur, (§. 185.) resque inveniētis fieri et apprehendentis.

Conf. *Fonne* disp. ad §. praec. cit.

§. 188.

Sola inventio non est iust. sit. a. Ceteroquin vero *solam inventionem* non esse modum iustum, aut titulum acquisitionis, hinc intelligitur, quod res queat esse amissa, vel iacta.

Dicatur de *jure littoris*, vom *Strandrecht*, de quo conf.

Schuback (Iac.) *Commentarius de Jure littoris*, (vom *Strandrecht*) Hamb. 1741. 4. iterum edit. a. I. Chr. *Grelich*, 1767. 4. *ibid.*

§. 189.

Continuatio.

Inventor rei, quam in dominio alicuius omnino, aut huius illiusve sigillatim, fuisse hucusque, cuiusque possessione invitum hunc excidisse, criteriis satis luculentis intelligitur, aut ne tollat rem, aut de vero domino investigando sollicitus sit, aut expectet, dum de eo constet. Antea enim civiliter possidere iuste non licet, nec esset bonae fidei possessor *str. l. d.* nec rem, ut derelictam, aut nullius juris tractare debet.

§. 190.

§. 190.

Vi juris connari in existimationem sim- *Præsumtio*
 plicem quilibet censeatur iuste *h. e. bona sal. pro possi-*
tem fide possidere, donec de contrario satis *dente.*
 constet. Sed hæc præsumtio me non liberat obligatione docendi modum ac ritulum, si quis, hucusque se dominum fuisse, satis probet. Praeterea, qui possidet, jure gaudet rem possessam tuendi contra quemcunque, qui fortius jus docere haud valet.

§. 191.

Bonae fidei possessorem *str. f. d. illum* *Effectus*
 interpretati sumus, qui rem alienam civili-
 ter possidet, quam talem esse, juste, *h. e. poss. b. f.*
 dicere, non culpose ignorat. Iam igitur de *dominium*
 huius juribus et obligationibus exponendum *putativum.*
 ex sententia Iuris Naturalis. Atque primum quidem, qui eius generis rem invenit, et quocunque modo ac titulo, lucrativo, aut oneroso, acquirit, dominus eius existit, certe *putativus* et *interimisticus*, adeoque omnia domini jura, quoad in iusta illa ignorance versatur, juste exercet, re utitur, fruitur, abutitur, illam alienat, ex illa acquirit, etc.

§. 192.

Cessante autem ignorantia non culposa, *Oblig. ad*
 res, si adhuc existit ^o, restituenda est vero *restitutio-*
 domino, *ea quidem, qua extat, conditione, cum*
fructibus etiam pendentes, et extantibus. *nem.*
 De consumptis vero, sive *re*, sive *fructibus*, etiam-

si b. f. p. locupletior inde factus sit, dubito. Id enim, intra tempus iustae ignorantiae, vi iuris utendi, fruendi, abutendi, alienandi etc. (§. praec.) suum illius, absolute tale, factum esse videtur. **)

*) Ne ad ipsam quidem rem, titulo oneroso quaesitam, gratis restituendam, possessorem b. f. obstrictum esse putat *Barbeyrac* in notis ad *Puffendorf.* L. IV. Cap. XIII. not. 1. Sed levissimis argumentis.

**) Plane mecum facit

Schott, (Cph. Frid.) dissert. qua rem fructusque consumptos a bonae fidei possessore non debere restitui, contra receptam *Moralistarum* sententiam asseritur. Tub. 1759. et in eius dissert. Iur. Nat. Tom. I. p. 325.

§. 193.

Impensas.

Impensas autem, et sumtus, in rem ipsam, (veluti *pretium*) aut eius culturam quandam factos, qui ipsi consumptos fructus excedunt, verus dominus, omnis culpa in amissa possessione expers, ut restituat b. f. possessori, naturaliter non videtur obstrictus, nisi quatenus manifesto inde locupletior fit; sin autem in culpa versatur, bonae fidei possessorem ut omni ex parte indemnem praestet, adeoque et pretium restituat, hic autem jure retentionis gaudeat, dum satisfactum sit, Iuris naturalis esse videtur. Culpam vero probare est possessoris b. f. (per ea, quae inferius de probationibus explicabuntur.)

Conf.

Conf. in omnem hunc locum:

Grotius L. II. c. VIII. §. 23. et Cap. X. qui tamen severiorem se interdum praebere videtur b. f. possessori, et *Cocceji* ad h. l. nec non contrarius illi a *Felde* et *Barbeyrac* ad *Puffendorf*.

Schwarz (Chrn. Frid.) de obligatione possessoris b. f. ad rem domino restituendam. Alt. 1730.

Treuer ad *Puffendorf*. d. a. H. et C. L. II. cap. 13. §. 2.

Hoepfner im Naturrecht p. 43. edit. I.

Samhaber de eo, quod circa rei vindicationem tam adversus b. quam m. f. possess. justum est. Wirceb. 1788. 4.

§. 194.

*Aditio late s. d. nobis erat occupatio *)* rei, in relatione ad me iacentis, cui *piscatio*, *venatio* in specie, *aucupium* aliaque formae plures subjectae sunt. Minime tamen putandum, pisces, feras, aves semper esse res, ad quendam *iacentes*, cum in statu originario sint negative communes, s. res nullius juris. Sed et hic utuntur vocabulo *aditionis*. Quatenus vero in statu quodam hypothetico, et imprimis civili sint res *iacentes*, in iure publico Ua. explicabitur.

Aditio.

Cave, etiam putes, nobis placere, rei iacentis dominium alia ratione acquiri non posse, nisi occupatione, et apprehensione possessionis ipsius, cum ipsis verbis hoc effici queat, ita, ut, si *aditionem omnino* interpretemur illum actum, quo dominium rei iacentis acquiritur, *verbalis* quoque *aditio* intelligi possit.

§. 195.

Dominium maris. Age iam appendicis loco dicamus de *dominio maris* acquirendo. Atque *dominium partis Oceani*, ab *imperio* distinguendum, non magis *physice*, quam *moraliter* fieri potest, ut acquiratur et conservetur, (modo ne ad ipsius aquae substantiam et particulas referatur.)

Quod autem attinet ad *usum maris*, hic aut *inexhaustus* est, aut *exauriri* potest. Illius quidem concessionem, veluti navigationis, aquae haustus, ad officia innoxiae utilitatis pertinere, sub quibusdam adiunctionibus tantummodo verum, neque vero tamen ex eo ipso effici potest, *dominium maris* occupati perfecte obstrictum teneri, ad eiusmodi usum aliis permittendum, (§. 76.)

Usus, qui *exauriri potest*, ad res pertinet marinas, pretium aliquod habentes, de quibus ita habeto: Prouti aut *fixa* sunt, aut *mobilia*, ita aut cum ipso mari occupatae, et in dominio sunt, aut rerum iacentium numero tantum habendae.

Imperium vero maris est jus domini maris de actionibus eorum disponendi, qui versantur in mari ejus, ne quid fiat contra securitatem et salutem publicam.

Scriptores in utramque partem copiose excitat *Meister* in *Bibl. I. N. et G.* voce: *Mare*

Mare. Tironibus sufficient, *Grotii*, *Seldemii* et *Bynckershoeckii* nomina, quibus jungatur *Conring* de imperio maris, in eius opp. Tom. IV. p. 946. fqq.

TIT. III.

SECTIO II.

De accessione, ut modo acquirendi originario.

§. 196.

Quamquam accessionem hoc loco potissimum spectemus, quousque est in genere modi acquirendi originarii, ne tamen interrupte de ea dicendum sit, eas quoque hic species explicabimus, quae ad derivativam acquisitionem pertinent.

Monitum.

§. 197.

Accessio, late s. d. est eventus, quo incrementum morale *) (augmentum valoris, utilitatis) rei meae oritur, unde id, quod accedit, ipsum *accessorium* late s. d. res autem, cui accedit, *principalis* dicitur. Strictius autem *accessoria* disjunguntur a *fructibus*, tam naturalibus quam industrialibus, (§. 168.) et in *fortuita*, quae citra hominis operam accedunt, et *artificialia*, quae eam desiderant, dispescuntur. Nos, *accessorium* nomine

Accessio
quid, eius
genera.

minè fructus ipsos complexi, omnem *accessionem* aut *naturalem*, solo cursu naturae, aut *industrialem*, i. e. hominum industria ortam, intelligimus, in *naturali* quidem duas adhuc formas distinguentes, prouti *accessorium naturale* ad *rem principem* aut ut effectus ad causam se habet, vel contra, ita tamen, ut *hic* duae adhuc species distinguendae sint, prouti aut de vero aliquo domino illius, quod rei meae per cursum naturae accessit, constat, aut contra, *)

*) *Incrementum mere physicum*, nisi simul *morale* sit, non est *accessio*, de qua nos dicimus.

**) *Accessio*, ut modus acquirendi spectatus, requirit, ut id, quod accedit, aut plane antea non extiterit, aut extiterit quidem, sed non in meis.

§. 198.

Prima species acc. nat.

Accessorium naturale, ex re principe effectum et natum, tanquam ex causa sua, citra omne factum domini rei principalis, citra occupationem accedentem, est domini rei principalis, vi juris utendi fruendi re sua, qui quidem est *titulus*, quemadmodum in ipso eventu naturae *modus*.

Cernitur hoc in *fructibus stricte s. d. et foetura animalium*.

Dicatur de anfractibus sententiae illorum, qui fructus rerum, in relatione ad dominum jactantium, numero ac loco tantum habentes, occupationem ad dominium ipsum consequendum requirunt.

Iudi-

Indicetur etiam de subtilitate Grotii L. II. c. VIII. §. 18. *foerum*, si pater certus sit, ad patris pariter atque matris dominum pertinere putantis; coll. Cocceji ad h. l. Tom. II. p. 507. sqq.

§. 199.

Si de vero domino accessorii naturalis, *Secunda.*
quod non est, ut effectus ad causam, constat, illud, quod rei meae accessit alieni, domino aut ipsum restituendum, aut iustum pretium.

Illustratur vi fluminis.

§. 200.

Quodsi vero illius, quod cursu naturae rei meae accessit, pristinus verus dominus ignoratur ignorantia invincibili, istud accessorium *per se* tractari debet, ut res nullius juris, adeoque *per se* sine occupatione non foret in dominio meo, nisi aliis iamiam rationibus definitum et confectum sit, meum esse. Tunc enim nulla opus occupatione. *Tertia.*

Adhiberi haec possunt ad locum de *alluvione*, *)
iudicio tamen adhibito agri *arcifinii* et *limisani*;
de *insula* etc.

*) Cui nimis contortum, nec satis simplex videtur, alluvionem revocari ad speciem, Spho ipsa explicatam, legat Grotium L. II. cap. VIII. §. 11. sqq.

§. 201.

Accessionis industrialis species ad tria genera, revocare licet omnes, specificationem, commixtionem, eamque vel strictius talem, vel confusionem, et adjunctionem, ita quidem, ut in illa una sit materia, cuius nova nunc forma mea industria accedit, in ista duo aut plura, sive solida utraque, sive fluida, sive fluidum alterum, alterum siccum, quæ ita uniuntur, ut extra se posita non maneant, quod autem his non comprehenditur, sit in adiunctionis genere.

Incrementum, quod per industriam meam alicui rei accedit, aut ipsum res aliena est, certe in re aliena versatur, aut contra, adeoque hic aut fuit nullius, aut plane antea nondum extitit. Hic accessio industrialis semper est modus acquirendi originarius, cuius titulus est aut, quod accessorium erat res nullius, aut in jure percipiendi fructus operæ meæ, quos quidam dicunt Ibi omnia redeunt 1) ad consensum alterius, 2) bonam fidem, tum ipsius, cuius industria existit accessio, tum alterius. Porro videndum 3) separari queat illud, quod meum est, ab eo, quod est alterius, nec ne, 4) an restitutio in genere fieri queat, nec ne.

Traducantur hæc in praelectionibus ad judicandas omnes, quæ incidere possunt, de triplici industrialis accessionis genere quaestiones. Speciminis loco sint, quæ sequuntur de specificatione.

§. 203.

Specificavi materiam aut *nullius*, aut *meam*, aut *alienam*. *Ibi* specificatio est genus occupationis originariae ipsius rei et incrementi, modus acquirendi originarius, cuius titulus partim est conditio rei ipsius, partim jus acquirendi ex laboribus et operis meis.

De specificatione singularissimè.

Suam vero materiam specificans originarie acquirit incrementum, quod antea nullum erat, etiam vi juris acquirendi ex laboribus et operis.

Si autem alienam materiam specificasti, aut haec perfecte restitui potest in genere, aut contra. *Ibi* restituas, re cum incremento tibi servata; Hic autem in mala fide aliquis versatur, isque aut dominus materiae, aut tu specificans. Si illud, tibi certe optio dari debet, restituere velis totum, materiae pretio restituto, an a domino operam tuam compensari. Sin hoc, dominus rem cum incremento recipit, nec quidquam pro opera tua solvit, nisi quatenus revera (subiectiva ipsius aestimatione) factus est locupletior.

Quem vero exitum res habebit, si a) neuter in mala fide versatur? Facilem quidem, si placeat communitio positiva. At, si haec non placet, quid tum? Cuius esse debet electio? Si dixeris illius, cuius plurimum interest, vereor, ne tempora incidant, ubi id ipsum inventu difficile. Maxime igitur naturale videtur, ut domino materiae, cui tamen jus est, quod ipsius erat, vindicandi, optio detur, velit totum suum esse, operis

K

et

et sumtibus specificanti refusis, an vero huic
permittere rem omnem, pretio materiae re-
stituto.

§. 204.

*Causa do-
mini divini
in omnes
res.*

Appendicis loco haud alienum fuerit dis-
putare, unde ducatur dominium divinum in
universitatem rerum. Atqui si materia huius
mundi ab aeterno sua natura exitisse cre-
ditur, erat res nullius juris, atque *specificati-*
onis quasi quodam genere Deo dominium
quaesitum foret. Sin autem ipsa materia a
Deo effecta est, jure acquirendi ex factis
et operis, Dominus extitit. Quicquid enim
viribus meis, qua talibus, efficitur, ipsum
meum est.

Conf. *Gruner* (Io. Ernst.) Tractatio de fun-
damento potestatis legislative divinae
genuino. Hafniae 1766. 8. Ex dominio
ducitur potestas legislativa.

TIT. IV.

*De acquisitione originaria jurium in
personas.*

Bach (Io.) Disput. de acquisitione origina-
ria juris in personas, Basil. 1660.

Grotius L. II. c. V. qui tamen paulo aliter
accipit acqu. originariae vocabulum. §. I.

Vlies-

Vliesvliet (Petr. van) *diff. de acquisitione originaria Iuris in personas. Lugd. Bat. 1740.*

§. 205.

Erat *jus* aliquod *perfectum* aut *objective* Quatenam affirmativum, aut negativum, huius autem *jura* hic in-
duplex genus, alterum postulandi ab ali-
solligantur? quo, ut sibi temperet a laesionibus, alterum, ut omittat exercitium juris cuiusdam sui et libertaris naturalis. Atque *illud* quidem *jus*, cuilibet connatum, appellemus *jus perfectum negativum primi generis*, hoc autem, non connatum, sed acquisitum, *secundi generis*. Hoc igitur loco nobis tantum sermo susceptus est de *juribus perfectis affirmativis*, et *negativis secundi generis*, seu de *juribus acquisitis*.

§. 206.

Simulatque mihi in alterum aliquem tri- Lib. nat. sollicitur jur. p. a. et ne- gas. 2. gen. butum est *jus* aliquod *perfectum affirmativum*, *objective* tale, aut *negativum secundi generis*, libertas huius plena et *irre-* stricta intelligi amplius nequit. Mihi est *jus* de viribus et actionibus alterius quodammodo disponendi, neque alteri adhuc *jus* est, de omnibus suis viribus et actionibus pro lubitu statuendi.

§. 207.

Fac, Titium, ratione Caji habita, vive- Iur in pers. quae vixit in lib. nat. derivati acqu. re in statu libertatis naturalis. Titio igitur *jus* est de viribus tuis omnibus pro arbitrio disponendi, salvo tantum suo aliorum. Iam

K 2

fac,

fac, Cajum in Titium nancisci jus perfectum affirmativum, aut negativum secundi generis. Cajo igitur nunc jus est aliqua certe parte, disponendi de viribus et actionibus Titii, quod ipsum jus erat antea ipsius Titii. E. derivative acquisitum fit, necesse est. (§. 157.) Hinc perpicitur, non posse intelligi originariam acquisitionem juris in eam personam, quae, ad me relata, antea vixit in statu libertatis naturalis.

§. 208.

Consuetudinarius.

Si igitur tale jus naturae cuidam intelligenti in alteram originarie competere debet, necesse est, ut haec, ad illam relata, nunquam vixerit in statu libertatis naturalis plenae et illimitatae. Exemplum est in liberis, ad parentes, immo in omnibus naturis intelligentibus, ad Deum relatis. Liberi enim pariter atque omnes naturae, rationis participes, simulatque existunt, sunt suum quoddam parentum, atque Dei. Nullo igitur momento illorum conditio fuit status libertatis naturalis.

§. 209.

Datur originaria acquisitio. juris. juri-um in personas.

Datur igitur intelligere acquisitionem etiam originariam juris perfecti affirmativi et negativi secundi generis hominis in hominem, juris, inquam, quod neque ipsius, in quem acquiritur, neque ullius alterius antea fuit. *Modus acquirendi est meum quoddam*

dam factum, cuius beneficio homo quidam existit, ac vivit. *Titulus* autem *acquisitionis* ex eo est, quod, quicquid viribus meis, qua talibus, efficitur, mei loco habendum est. Pertinent igitur liberi, per ipsam generationem, ad *ro* suum parentum. Cum vero tamen liberi sint homines, et juribus quibusdam connatis gaudeant, parentum est, de hoc suo ita disponere, ne ista ipsa jura violentur.

Erit harum rerum usus inferius in loco de *potestate patria*.

TIT. V.

De Acquisitione derivativa jurium in res et personas.

SECT. I.

DE PACTIS.

Praeter *Grotium* L. II. c. XI. XII. notentur:

Lyncker (Nic. Chrph.) dissert. de pactis et transactionibus. Ienae 1701. 4.

Roesler (Io. Eberh.) diss. de natura pactorum. Tubing. 1713. 4.

Slevogt (Io. Phil.) de contractibus, quarum sunt philosophicae considerationis. Ienae 1687.

Sinceri (I. G.) praefatio de simplicitate I. N. in materia contractuum, a Germanis servata, ad P. Ciesii Manuale exceptionum forensium, denuo edit. Gryph. 1742. (Auctor est D. Ioach. Goth. Sparmann.)

Remeri (Chrph. Andr.) Tractat. de vero, ex jure Romano, statui Germanico attempo, obligationum valore, qui naturam et fundamenta obligationis *juxta juris naturalis ductum* plane exhibet, ex his Romani juris dispositionis aestimat etc. Hamburg 1) 1714. 2) 1731. 4.

§. 210.

*Quomodo
naturaliter,
quod meum
est, fiat al-
terius.*

Quod meum est, citra meam voluntatem, aut factum quoddam, extra collisionem, me vivo, meum esse non desinit, nec alterius fieri potest. Cum vero, vi libertatis naturalis, penes me sit, an et quomodo, quod alterius est, meum esse velim, *in me inscium et invitum derivative nihil transit*, naturali Iure, sed sufficiente voluntatis meae declaratione opus est. Simulatque autem alter sufficienter declarat, se aliquid, quod ipsius est, meum nunc esse (non olim demum fieri,) velle, et ego vicissim declaro, me illud velle, meum quoque est. *Consensus* est declaratio voluntatis, idem me velle, quod vult alter. *E. solo jamjam consensu reciproco, quod alterius est, naturaliter meum fit.* Hinc et *ad transferendum rei certae, (singularis, speciei) dominium naturaliter non opus est traditione, data possessio.*

essione; *idque valet de omni jure in re quada-*

Facit nobiscum *Grotius* L. II. c. IV. *Huberus*, *Grotium* secutus, in praefect. ad *Instit. de rer. divis.* l. 16. ex recentioribus *Achenwall* P. I. §. 166. 167. Contra sentit *Vinnius*, *Wissenbach*, *Strauch*, *utroque Cocceji* in notis ad *Grotium*, *Henr. de Cocceji* etiam peculiari differt. an traditio sit necessaria ad transferendum dominium. *Heidelb.* 1676. 4. et in differt. Vol. I. diff. 19. *Samuel de Cocceji* diff. proem. XII. §. 268. n. 7. sq. ex recentioribus *Perill. Nettelblatt.* *Syst. El. Jur. Nat.* §. 495. *Puffendorffii* distinctione res non conficitur.

§. 211.

Praestare alteri aliquid est, dare, vel facere aliquid alteri commodo, vel etiam omittere, ad quod omittendum per se non obstrictus eram; ita, ut praestationum obiecta sint aut res, aut facta, commissiva pariter, atque omissiva. Aliud autem aliquid est *praestare*, aliud aliquid, *promittere praestationem* alicuius.

§. 212.

Promissio, a dicta (assertione) et nuda *Promissio, repromissio, cum effectu morali.* dispositione*) diversa, est declaratio voluntatis, alteri de praestatione quadam facta **). *Promissionis* natura per se intelligitur, neque

promittentis et promissarii nomina quidquam obcuri habent. Aliud est promissum grammaticè tale, aliud cum effectu morali. Hoc requirit eam voluntatis declarationem, ex qua alteri jus, adeoque ex qua iusta alteri expectatio enata est. Unde primum consequitur, ut serio promissio facta sit, aut eum certe in modum, ut de ioco promittentis constare promissario non potuerit.

Necessaria, voluntaria,

Dicatur, quid sit, quod differat *promissionem necessariam* inter atque *voluntariam*.

**) Nuda dispositio est declaratio, quid fieri velim, nondum continens declarationem juris alicuius, sive revocabilis, sive irrevocabilis, veluti Testamentum,*

**) Adeoque seria promissio involvit voluntatem alteri jus deferendi, sive revocabile, sive irrevocabile,*

§. 213.

Acceptatio.

Acceptatio late s. d. est consensus in praestationem mihi factam, vel promissam. *Acceptatio promissi* denotat aut *internum animi actum*, aut *declarationem externam*, me promisso alterius confidere, et ex hac expectatione acturum esse. *Acceptatio* saepe antegrèsae rogationi, et petito inesse intelligitur. Nec intelligo, qua ratione non nemo in hoc *fisionem juris* invenisse sibi videri possit.

Promittens intelligat, quid promittat,

§. 214.

Promissum ut effectu morali gaudeat, requiritur, ut promittens intelligat, quod pro-

promittit, adeoque gaudeat usu intellectus et rationis, (in eo etiam rerum genere, ex quo promissum est.) Sin aliter res se habeat, promissario, hoc scienti, iusta expectatio oriri non potuit.

Dicatur de *impueribus et minorennibus, feminis, simplicibus, furiosis, mente captis, ebriis, affectu quodam vehementiori abreptis, etc.* Conf.

Siricrus (Lo.) quatenus furiosi, dementes et ebrii ex delictis et contractibus obligentur. Giesl. 1669. 4.

Westphal (Ern. Chr.) Grundsätze von rechtlicher Beurtheilung der aus Hitze des Zorns unternommenen erlaubten und unerlaubten Handlungen. Hal. 1784.

§. 215.

Impeditior quaestio est, *quousque error* De errore
et dolo, *obst. validitati promissi cuiusdam, faciliorem tamen exitum habitura, si spectetur partim, quis in errore veretur, partim, quae subsit causa, vinci potuerit, nec ne? partim quid, quantumque valuerit error ad promittendum, fueritne efficax, an inefficax, incidens tantum, an causam dederit promissioni. Coniuncta est cum hac quaestione alia illa de dolo, ubi imprimis videndum de dolo tertii, ad promittendum me inducentis. Sed sunt haec disputanda latius.*

K 5

§. 216.

Prima species.

Atque de errore non efficaci dicere non attinet. Quodsi vero errore permotus aliquid promisi, aut promissarius ipse me circumvenit, atque dolosa causa est erroris*) aut minus. Ibi quidem obvium cuiusvis intelligentiae et expositum, quousque erroris eiusmodi vis pertinet, promissum nihil juris promissario tribuere,**) adeoque effectu carere vel omni, (seu nullum esse, si error dedit causam, aut ex parte tantum, si incidens tantum fuerit.***)

*) Huc et illud pertinet, si promissarius narrat, me hoc opinionis errore aliquid promittere, neque tamen eximebar, licet directe non in eundem me conjecerit.

***) Nulla enim promissario doloso justa expectatio inde suboriri potuit. (§. 212.)

***) Post *Gundlingium* in I. N. c. IV. §. 40. et *Thomasium* in instit. Iurispr. div. L. II. c. VII. §. 50. Cel. quoque *Hoepfner* in Naturrecht §. 77. *dolum incidentem*, et *qui causam dedit*, utiliter in Iure naturae, distingui, negat, verius tamen mihi sentire videtur *Puffendorf*. L. III. c. VI. §. 8.

Conf. inprimis

Nettelbladt diss. de doli incidentis et causam dantis in contractibus effectu. Hal. 1744. et in Exercitt. acad. 1739 — 1779.

Sin autem promissarius omnis doli expers, aut etiam *error utrinque non culpofus*, aut aliter res se habet. Si illud, requiritur, ut 1) error ex parte promittentis fuerit invincibilis, 2) promissarius autem, aut nosse non potuerit, nec debuerit, me in promittendo hoc vel illud spectasse, quod aliter tamen se habet, aut aliter se habere, ipse cognoscere non potuerit, nec debuerit, aut utrumque iuste ignoraverit. Atque tum quidem promissarii iustam expectationem suo facto sustinet promittens, quam si frustraretur, laederet. Adeoque mihi quidem promittens videtur naturaliter obstrictus ad promissum, *si fieri possit, servandum, suaeque fortunae tribuat*, quod hoc facto obstrictus teneatur promissario. Sin autem *advarior* fit, promissarius suae fortunae tribuat, quod impleri nequeat, citra omnem culpam promittentis. Eademque ratione pronuntiandum de illa specie, *ubi tertius dolose aut culpose erroris invincibilis causa erat*, ita tamen, ut hic *promittens*, si promissum promissario implevit, aut *promissarius*, si promissum est impossibile, ab illo tertio postulet praestationem damni.

Longe alia sentit uterque *Cocceji* ad Grot.

L. II. c. XI. Perill. *Nettelblatt* §. 576. sq. *Achenwall* P. I. §. 180. qui tamen in eo satis sibi constant, quod de errore invincibili uno modo statuunt, sive dolo tertii, sive mero casui tribuendus sit, cum
alii

alii utriusque speciei diversam rationem esse putent. Quoad errorem, dolo tertii subortum, nobiscum sentit *Puffendorf*. L. III. c. VI. §. 8. *Hoepfner* im Naturrecht §. 77. 1. *Ferguson* in Grundsätzen der Moralphilosophie p. 182. translationis *Garvianae*. *Puffendorf* de reliquo genere erroris invincibilis omnino adhuc illud adhiberi vult iudicium, actu aliquid praestitum fuerit, nec ne? (§. 7.) ita, ut ibi nihil repetere liceat promittenti, hic nihil praestare teneatur, contra quod vid. *Thomasius* in instit. Jurispr. div. L. II. c. VII. §. 46.

§. 218.

Tertis.

Error autem culposus talis foret aut ex parte promittentis tantum, aut promissarii. *Hic* quidem, si promissarius nosse poterat ac debebat, tum, quid ego in promittendo spectaverim, tum, hoc ipsum aliter se habere, promissarius habeat sibi. Nulla enim justa expectatio. (212.) Ibi autem promissario promittens culpose excitavit expectationem iustam, quam si frustratur, promissarium laedit. Atqui promissum aut fieri potest, ut servetur, aut contra. Ibi servandum. *Hic* autem certe, quod interest, praestandum, ex capite damni, culpose dati.

Conferantur omnino ad h. I. de errore:

Gundling (Nic. Hier.) von der schweren Lehre von dem Irrthum in der Rechtsgelahrtheit, in *Gundlingian*. P. 33. p. 205-250.

Felz

Felz (Io. Henr.) de errore in contractibus
diff. 2. Argentor. 1713. et 1715.

Thomastus (Chr.) in instit. Iurispr. divinae
L. II. c. VII. §. 37-51.

Hoepfner im Recht der Natur §. 74.

Notetur etiam de communibus praeceptis de errore ac dolo, *Gundlingii* iudicium in Iur. Nat. c. VII. §. 14 et IV. §. 37. 38. et *Sam. de Cocceji* Vol. 2. disp. p. 749. Iqq. citat. in Comment. ad Grot. L. II. c. XI. §. 6. p. m. 620.

§. 219.

Promissum, metu iniusto promissarii extortum, nullum huic jus tribuit, (ex §. 212.) nisi, extra periculum plene constitutus, libere repetam, seu ratum esse iubeam. Longe alia est ratio *metus iusti*. Quid autem de ipso promisso, metu iniusto extorto, *prudentia* suadeat, non est huius loci. De *metu iniusto*, a *tertio incusso*, plane tamen inficio et experte huius coactionis promissario, eadem ratione pronuntiandum esse videtur, quam secuti sumus §. 217. in iudicio de dolo tertii.

Promissa etiam, metu iniusto extorta, servanda esse, si materialiter physice et moraliter sunt possibile, cum aliis sentit *Feuerlin* (Iac. Guil.) diff. de obl. pactorum, metu iniusto extortorum, Alt. 1718. Perill. *Darjes* Instit. Iurispr. nat. §. 404. edit. 7.

et

et pecul. diff. resp. Io. Cph. *Geschke* de differentiis pacti voluntarii et metu inj. Franc. ad Viadr. 1772. 4. vid. etiam *Hobbesius* de cive. C. 2. §. 16. *Grotius* L. II. c. XI. §. 7. in ea sententia est, *cum, qui metus promissit, omnino obligari, promissarium tamen, qui metum incussit injustum, quamvis levem, teneri ad liberandum promissorem, merito taxatus a Puffendorf* L. III. c. VI. §. 12. Vid. et *Cocceji* uterque ad h. l. *Grotii*.

De metu, a tertio injecto, nobiscum facit *Thomafius* Instit. iur. div. L. II. c. VII. §. 57. *Ferguson* in Grundsätzen der Moralphilosophie p. 181. *Hoepfner* §. 78. n. 3 Contrarium videtur Perill *Nettelbladt* §. 579. neque distinguit *Achenwall* P. I. §. 181. exeunte.

Conferantur omnino:

Gundling (Nic. Hier.) liber singularis de efficientia metus, in eius Exercitatt. acad. Tom. II. n. 2. coll. iur. Nat. c. IV. §. 43. XII. §. 16. 17.

Boehmer (Iust. Henn.) de exceptione metus inj. in statu naturali et civ. Hal. 1720.

Schierschmidt (Io. Iust.) de pacto, metu extorto, iusto vel injusto, methodo naturali evoluto. Halae 1733.

Hallwachs (Io. Mich.) pactorum, quibus vis metusque causam praebuit, sanctitas. Turing. 1738.

Rudolph

Rudolph (Io. Chrph.) de effectu metus in pa-
ctis et contractibus. Erlang. 1762.

Leysen de metu cit. ad §. 121.

§. 220.

Ut fieri possit, per leges pariter atque *Promissum*
vires meas, quod promissum est, si ut *adver-*
saliter et *physice possibile* sit, tempore *promissi,*
nam de ea, quae supervenit, impossibilitate
suo loco) recte et satis dilucide praecipitur.
Neque vero tamen hoc ipsum obstat, quo-
minus sub quibusdam adiunctionibus pro-
missio utroque modo *adver-* juris aliquid
efficiat et obligationis, certe ex capite ali-
cuius, quae inest, laesionis. Sed hoc di-
serte magis explicandum.

§. 221.

Si promissum, tempore, quo promitti- *Impossibili-*
tur, in *adver-* genere esse, *utrique incogni-*
tum erat, aut ignorantia utrinque invincibi- *tas utrinque*
lis, neque adeo culposa, aut culposa, sive ab *incognita.*
utraque parte, sive promittentis, sive pro-
missarii tantum. Si *primum*, promissum de-
stituitur valore, et promissarius fortunae tri-
buat, quod impleri nequeat. (§. 217.) Si
alterum, culpa compensatur culpa, nec alter
alteri obstringitur. Sin autem *tertium*, pro-
missarius habeat sibi. (ex ead. §.)

§. 222.

§. 222. (1) ~~§. 222.~~

Cognita.

Quodsi vero, hoc enim, si summatim partiri volumus, altèsum est, impossibilitas cognita erat, aut promissario tantum, aut promittenti, aut utrique. Si illud, nullum promissario jus, ne sub titulo quidem culpa alicujus promittentis. Promissarius enim dolose agit. Quirrimo promissarius, dolose in promissum impossibile consentiens, quatenus causa damni promittenti est, et conatum laedendi ostendit, ad reparationem damni obstrictus videtur. Promittens autem, sciens, quod promittit, fieri non posse, multo magis laedit promissarium, ad satisfaciendum obstrictus. Si tandem uterque cognitum habebat, quod promittitur, fieri non potuisse, dolo dolus compensatur.

*) *Ferguson* Grundsätze der Moralphilosophie, p. 185. transl. *Garvianae*.

*Promissio
ob turpem
causam.*

Affinis est huic loco alius, de *promissione ob turpem causam*, de qua plene idem sentio: cum *Puffendorffio* L. III. c. VII. §. 7. 8. 9. et *Thomasio* II. c. VII. §. 85. 88. contra *Grotium* L. II. c. XI. et *Coccejum* ad h. l.

§. 223.

*De promif.
so inserto.*

Promissum incertum, (indiscretum) h. e. cuius obiectum plene non definitum, sed vagum et incertum est, caret effectu; quia nulla alteri expectatio certa ac definita orti potuit. Notetur tamen, quod promittitur.

aut

sunt *immediate ac directe certum esse*, ac definitum, aut *mediate tantum, et indirecte*, si certe constitutum est aliquid, ex quo suo tempore definiti potest. v. g. Si promiseris pro frumento, quanti post messem vendetur, pretium satis certum est ac determinatum.

Conf. *Thomasii* (Chra.) *diff. de obligatione ex promissione rei incertae*. Hal. 1715. 4.

§. 224.

Haedem, quas hucusque invenimus, leges promissi cum effectu morali, sunt quae consensus validi. Est enim hoc commune, ut contineant declarationem voluntatis. Sed alia supersunt de consensu, nunc disputanda latius.

Requisitus consensus.

§. 225.

Est nimirum consensus aut *verus* (actualis,) declaratus, sive signis, usu receptis, *expressus*, sive aliis factis, ab illo signorum genere diversis, *tacitus*; aut *praesumptus*. (*Fidei* nomine consulto hic abstinemus in iure Naturae) Atque *praesumptum* quidem iure Naturae illi tribuimus, quem actu non consensisse, constat, utpote totius negotii ignarum, si tamen cognovisset, consensurum fuisse, colligimus, aut *ex indicis psychologicis*; aut *ex obligatione* quadam alterius ad consentiendum. Alia est ratio partiendi consensus in *certum et probabilem*, quem po-

Conf. aut verus expr. tac. aut praesumptus. certus, probab.

L

sterio-

steriorem ipsam nonnunquam vocant praesumptum; cum ceteroquin consensus *tam verus et actualis*, expressus pariter ac tacitus, quam *praesumptus* esse queat aut certus aut probabilis. Iamque dispiciendum, an ex consensu praesumpto, seiuncto omni jure constituto, derivari satis apte possit juris aliquid et obligationis naturalis perfectae.

§. 226.

Prima spec. citi consens. praes. eius. que vis. Atqui si A) alterum, si cognovisset rem consensurum fuisse, colligis ex obligatione quadam ipsius ad hunc ipsum consensum, 1) quid opus est jus et obligationem per anfractus hos demum ex consensu quodam praesumpto explicari, cum propius ducantur ex alia quadam obligatione. 2) Deinde, cuius naturae est obligatio alterius ad consentiendum, eiusdem tantum forent jus et obligatio, hinc derivata, imperfecta igitur, ex obligatione alterius imperfecta ad consentiendum.

§. 227.

De secunda spec. Quodsi vero, alterum consensurum fuisse, colligis aliis quibusdam indiciis psychologicis, ista tamen opinio, (praesumptio) probabilis tantum, contraria semper alterius declaratione expressa refelleretur. E. neque sic consensus praesumpti vis aliqua intelligitur ad tribuendum jus tibi, aut obligationem alteri perfectam. Hunc omnino in Iure

re naturae ex consensu praesumpto juris et obligationis nihil derivari potest.

Dicatur etiam de obligatione ad poenam alieni inprimis facinoris subeundam, ex praesumpto in illud consensu, absone satis a quibusdam asserta, ad inveniendum inprimis imputationi lapsus Adamicus, perperam intellectae, aliquod qualecunque, ut, rebus desperatis, fieri solet, praesidium.

Consensui praesumpto vim quandam naturalem tribuunt: *Thomasius* Instit. Iur. divinae. L. II. c. VII. §. 19. sqq. *Nettelblatt* §. 48. coll. tamen §. 552. *Hoepfner* §. 68. not. 3. Titel in Erläuterungen des Natur- und Voelkerrechts. Inprimis conferantur: inesse autem negant; *Achenwall* P. I. §. 176. *Darjes* Instit. Iurispr. un. §. 401. alique.

Treuer (Gottl. Sam.) progr. de commento obligationis perfectae ex consensu praesumpto. Goetting 1740. 4.

Schott (Chrph. Frid.) diss. Consensus praesumptus cum quasi-contractibus ex I. N. praescriptus. Tubing. 1755. 4. et in dissert. Iur. Nat. Tom. I. p. 117. sqq.

Tacitum cum praesumpto miscere videtur *Gundling* Iur. Nat. cap. XI §. 23. *Pufendorf* Libr. II. c. VI. §. 2 accuratissime autem distinguit *Lautensack* (Frid. Gregor.) diss. de discrimine inter consensum expressum, tacitum et praesumptum. Erf. 1710. 4.

*De negotio-
rum ge-
stione.*

Intelligere hinc licet, ex *negotiorum gestione*, si nitimur decretis Iuris naturalis, an obligatio quaedam perfecta existat illius, cuius negotium gestum est, ad rati habendum et ad expensas restituendas; de quo ita mihi videtur. *Qui negotia alterius, (extrajudicialia) sibi non demandata, in utilitatem huius gratis expedit*, huic beneficium opera ac diligentia sua exhibere instituit. Beneficia autem nemini obtruduntur, neque ad gratum animum alteri exhibendum perfecte obstringimur. Atqui utilitas, vere alteri ex negotio gesto enata, aut separari potest ab eo, quod iam antea suum alterius erat, h. e. negotium hactenus certe in pristinum restitui, aut contra. *Ibi, nisi rata habere velit negotii dominus, quae negotiorum gestor suscepit, impensasque restituere, neque utilitatem perciperet. Hic autem percipit, minime tamen perfecte obstrictus ad sumptus alteri compensandos; quantumcunque ceteroquin id ipsum iniquum fuerit et inhumanum.*

Conf. *Grotius* L. II. c. X. §. 9.

*Pactum,
tractatus,
pollicitatio,
votum.*

Pactum, (conventio late s. d.) est consensus utriusque partis in unum idemque, alteri ab altera aut praestitum, aut praestandum et promissum; ita, ut pactum late s. d. actibus etiam de praesenti absolutis et perfectis, nec in futurum demum, quod dicunt,

ciat, prominentibus, contineri queat. Stric-
 tius vero pactum est promissum, ab altero ac-
 ceptatum, si in quod alter consensit, quatenus
 igitur nihil adhuc præstitum. Cum de pa-
 ctis prioris generis non magnopere labore-
 tur, de posteriori potissimum genere nunc
 dicendum. Differt igitur pactum a *tracta-*
tibus, deliberationibus atque consiliis de pa-
 cto quodam utrinque agitatis, et *pollicitationi-*
bus,*) h. e. dicere, promissionibus, non ac-
 ceptatis, tametsi sint, qui eas etiam intel-
 ligant esse promissa, acceptata quidem, sed
 integra et libera servata promittenti præsta-
 tione, de quo genere paulo post (§. 237.) di-
 cam. Ex pollicitationum genere sunt *vota*,
 promissa præstandi aliquid Deo placendi
 studio, nec ipsa in foro externo naturali
 obligatoria.

12*) *Nettelblatt* (Dan.) disp. resp. Chr. Henr.
Barth, de pollicitatione, imprimis in spe-
 cie s. d. (h. e. civitati facta.) Hal. 1779. 4.

Meister (Io. Chrn. Frid.) ueber die Pollici-
 tationen und Geluehen, nach den Grund-
 saetzen des Naturrechts und der gesetzge-
 berischen Klugheitslehre, Berlin und Stral-
 sund 1781, 8.

Non contentus acceptance promissi Perillusus,
Darjes Instit. iur. nat. §. 415. Schol. 2. tri-
 da quandam actum in omni pacto requirit,
 adiciens consensum promittentis in acceptatio-
 nem promissi, quem ipsi dicere placuit consen-
 sum reciprocum. Falso in societatem huius
 placiti advocatur Grotius.

Quid sit, quod differat contractus a pacto, aliter ex Romani iuris consuetudine, (vid. *Sam. de Cacciji* diff. proem. XII. §. CCCXCV) aliter *Hobbesius*, de cive c. II. §. 9. aliter *Puffendorf* de I. N. et G. L. V. cap. IV. §. 4. aliter *Achenwall*, §. 171. P. I. explicant. Cum *Gundlingio* aliisque in iure Naturae haud esse, quod distinguitur, nobis videtur.

Quodsi vero tamen his appellationibus in iure naturae uti, suamque cuiusque propriam provinciam tribuere placeret, *contractum* interpretari liceret illam conventionem, qua *jus in praesens*, *pactum* vero eam, qua *jus in futurum* tantum acceptanti defertur. (§. 44.)

§. 230.

*Pactum
perfectum,
consummatum.*

Perfectum intelligitur pactum, simulatque jus quoddam promissario, promittenti obligatio quaedam constituta, *consummatum* vero, si, quod praestandum erat, ipsum praestitum est.

§. 231.

*Effectus
pacti.*

Omnino vero in pacto accurate spectandum est, quid promittentis juris, quantumque in promissarium nunc transferre volueris. Tantundem enim sola acceptatione, s. huius consensu in promissum, ipsius fieri intelligitur. (§. 210. 213.)

§. 232.

*Si species
promissa.*

Si quis rem singularem (speciem) dare promisit, aut iam nunc dominum esse me voluit,

Voluit, (*jus domini praesens*) aut jus tantum concedere suo tempore rem postulandi, dominio ipso interea sibi servato, (*dominium futurum radicatum*). Si illud, ex quo promissum acceptatum est, absque traditione etiam res alterius mea est, adeoque ex hoc pacto jus mihi existit 1) *personale*, ab altero postulandi traditionem, 2) *reale* hoc modo, ut rem, non amplius in potestate promittentis constitutam, a quocunque, bonae etiam fidei possessore, repetere liceat, mihi tamen incumbat probare jus, pacto translatum, 3) *jus quoddam negativum* postulandi ab alio quocunque, ne impediant promittentem, quo minus implere valeat.

Sin autem jus mihi tantum concessum est, suo demum tempore rem eiusque dominium postulandi, promittens interea dominus est, mihi autem jus 1) *personale*, suo tempore postulandi rei praestationem, 2) *domini libertas disponendi* naturalis haecenus *circumscribitur*, ut non amplius de re statuere liceat, cum detrimento juris, mihi quaesiti. 3) Cum jus meum tamen pertineat ad hanc ipsam rem singularem ac certam, recte ut meum aliquod, virtualiter tale, spectare, adeoque, si a domino amplius praestari nequeat, a quocunque repetere licet, cum iisdem tamen, ac in priori, quam posuimus, specie, adiunctionibus. Tandem et hic 4) *jus illud negativum commune* contra quemcunque alterum intelligitur.

In utraque igitur specie, domini libertas limitibus circumscripta, et jus aliquod, quod ipsius antea erat, in me translatum est.

§. 233.

Si genus rerum.

Quodsi vero genus rerum tantum promissum est, ita, ut ab arbitrio et optione promittentis pendeat, quam definire speciem velit, antequam hoc factum, mihi quidem acceptanti *jus tantum personale* est in promittentem, et *negativum commune* in quemcunque alium, ne obstat consummationi, minime vero *jus quoddam reale* ex hoc pacto perfectio existere potest, per ipsam rei naturam. Ceteroquin et hic aliquantum suae libertatis sui que juris amisit dominus, in me translatum. *Definita autem specie ac demonstrata*, res revocatur ad superiora, (§. 232.) decreta.

Non est, quod longior sim in illa specie explicanda, ubi promissario data optio.

Eadem est ratio, si *quantitas* promissa est, non autem *ipse corpora*.

§. 234.

Si usus quidam res.

Si quem *rei suae usum* dominus promissit, 1) *jus* mihi inde *personale* existit postulandi, ut rem ad ipsum hunc usum praestet, et, quae huic aduersantur, omitat, adeoque hactenus de re sua disponendi libertas restricta est. Iam fac 2) dominum rem suam alienare, id quidem licet, sed non cum detrimento.

trimento, iuris utendi, mihi concessi, neque adeo plus transferre in alterum iuris potuit quam ipsi adhuc, per illam restrictionem libertatis naturalis, reliquum fuit. Mihi igitur jus competit utrum, quousque concessus est, continuandi, quicumque demum rem possideat. Atque hoc modo 3) *jus* mihi quoddam *reale, obiective s. d.* existit ex hoc etiam pacto.

Alud igitur, *Kauf geht vor Miete*, est ex jure constituto, non a natura. *Quo.*

Contra sentit *Ludwig*, (Io. Chr.) *diss. de emptione, non stante locatione antecessoria* *Goett. 1762. 4.*

§. 235.

Ubi *factum* promissum fuerit, simulatque *Si factum.* acceptavi, jus quoddam in me translatum est de viribus et actionibus alterius certe ex parte disponendi, *hactenus*, ut suo tempore praestetur factum, adeoque *jus* quoddam *personale*, praeterea autem et illud ipsum, quod iam saepius diximus, *jus negativum commune* adversus quemcunque.

§. 236.

Promissa omissione quadam illius, quod *Si omisso.* jure suo alioquin alter fecisset, acceptanti existit *jus personale* ab altero postulandi, ut hoc ipso abstineat, adeoque jus quoddam de actionibus alterius statuendi. Promittens

L 5 igitur

igitur et hic abdicavit se parte libertatis naturalis, seu jure quodam in suas actiones, in me translato.

§. 237.

Quid si revocandi libertas servata.

Si quis tandem ita promisit, ut integrum sibi tamen servaverit, mutare consilium et revocare promissum, (§. 229.) ex acceptatione mihi oritur jus, sed ipsum revocabile, quod quidem, si vel maxime otiosum sit ad ipsum promittentem, quoad vixerit, aut ad alium usque terminum, magnam tamen vim habere potest adversus tertium quemcunque, suo tempore excludendum, aut adversus ipsum promittentem, nisi intra istud spatium revocaverit.

Occupetur aliquantum locus de devolutione mortis causa, collata cum testamentaria dispositione.

§. 238.

Obligatio perfecta ex pacto.

Ad promissum, nude acceptatum, *) ergo ad pactum legitimum, **) h. e. illud, cui insunt requisita promissionis validae, et consensus validi, servandum, nulla ratione habita personae, religionis, gentis, etc. perfecte obstrictus sum. Quotiescunque enim pacto me obstringo, abduco me parte quadam libertatis naturalis, s. jure quodam meo, idque juris alterius esse me velle, declaro, alter autem acceptans idem suum esse se velle declarat. E. hoc jus reapse alterius factum est (§. 210. ***) Quod si igitur promisso non

non stare, violare jus, adeoque suum quoddam alterius, i. e. laedere. Nemo autem, quicumque demum fuerit, laedendus. Accedunt disputata §. 1. not. et §. 95. et 138. Expendatur insuper accurata notio *promissionis* (§. 212.) non *nudae dispositionis* (***)).

*) Dicatur de contraria *Francisci Connani* sententia, qua eum *Kulpisus* alique frustra liberare laborant, coll. *Grot. L. II. c. XI. §. 1. sqq.*

**) De pacto *impossibili, errantium, dolo, aut metu extorto*, ex superioribus respondendum.

**) Qui paciscitur, (sunt haec *Gundlingiana*) aliquid sibi sumit, et in alterum transferri, et *Beierus* pactum interpretatur translationem juris, mediante consensu factam.

****) *Mendelsohniana* vim pactorum explicandi ratio semper revocatur ad naturalem vim *promissionis et acceptationis* ad consequendum jus quoddam; sine qua *jus illud definiendi*, quid, quantumque meo, et cuius fieri debeat, non fiet jus alterius.

Conf.

Eius Jerusalem, oder ueber religiöse Macht und Iudenthum. Berol. 1783, 8. collatis iis, quae monuit Cel. Garve in philosophischen Anmerkungen und Abhandlungen zu Cicero von den Pflichten. Anmerk. zum I. B. p. 95. sqq. not. edit. 1787.

§. 239.

Quousque poenitere liceat. Proclive nunc etiam intellecta, quousque promittenti integrum sit, consilium mutare, seu *quousque fas sit poenitere*. Et omnino quidem eousque tantum, quousque nondum acceptatum est, nisi alii legi aut diserte, aut tacite adstricta sit promissio, ex qua aut nec ante acceptationem factam, vel recusatam, poenitere, aut post illam adhuc liceat. Videamus autem de singulis quibusdam speciebus.

*Si promissio
absentibus
facta.*

Primum quidem de promissione, absentibus facta, aut in commune, (veluti in litteris, aliisque indicibus tabulis publicis) Atque hic quidem, simulatque promissarius aliquis rescivit, acceptavitque, jus et obligatio existit, nec poenitere licet, nisi discretis verbis promissi vis et acceptationis ab eo suspensa fuerit; ut ego promittens antea resciverim, acceptare alterum velle, nec interea consilium mutaverim. Immo quatenus in eiusmodi promissis non constat, quo tempore alter nuntium acceperit, accepto statim acceptaverit, nec ne, rei natura postulare videtur, ut, nisi diserte illa lex adiecta sit, promittenti, simulatque promissio emissa fuerit, mentem mutare non liceat, sed expectandum sit, acceptet alter, nec ne? valeatque hic illud: Nescit vox missa reverti; tametsi hoc fieri queat, ut terminus quidam

quidam praestituatur; intra quem acceptatio fieri, mihi que, innotescere debeat.

- *) Priorem vero tempore in declaranda acceptatione hic potiozem esse jure, non est, quod monent.

Conf. *Grotius* L. II. cap. XI. 15.

- **) Quid multis? Eiusmodi promissio dat jus acceptandi. Quodsi vero interest, pro lubitu revocare, liceret, hoc jus simul negaretur.

§. 241.

Quodsi promissario spatium deliberandi certum ac definitum dederis, nova huic inesse videtur promissio acceptata, adeoque pactum, te intra hoc spatium non mutaturum esse consilium. Adeoque, hoc ipso spatio nondum elapso, si sequatur acceptatio, poenitentiae non est locus, aliter elapso. Aliter etiam, si per ipsum illud deliberandi spatium, alteri concessum, et tibi ipsi disertis verbis integrum servaveris recedere a promisso.

*Si spatium
deliberandi
concessum.*

Conf. *Hoepfner* im *Naturrecht* §. 71.

Cocceji (*Henricus de*) disp. de jure poenitendi, sect. II. III. IV. inserta *Comment. ad Grot.* L. II. c. XII. p. m. 674. sqq.

Cocceji (*Samuel de*) disp. proem. XII. §. CCCLIII - CCCLV.

§. 242.

*Conditiona-
sum, purum
pactum.*

Dicendum nunc etiam de quibusdam pactorum adiunctionibus, *conditione, modo, ac die*. Est igitur *conditio*, non *grammaticae et logice*, sed *laridice* accepta, aliquid incerti, sive *praeteriti*, sive *praesentis*, sive *futuri* a quo, prouti evenerit, aut certe inventum fuerit, pendere aliquid debet. Cui autem pacto, sive promissionem spectes, sive acceptationem, *conditio* inest, *conditionatum*, a quo et quousque abest; *purum* vocatur. *Conditionem*, re adhuc integra, esse adiiciendam, non est, quod moneamus (§. 239. 1qq. *Esset enim partialis mutatio voluntatis*.) Sed potest tamen tacite inesse aliqua *conditio*, quam exprimi non opus sit; tametsi *conditionatorum pactorum numero* ac loco non habeantur, quibus tacite *conditiones* insunt, omni pacto communes, veluti, (rebus sic stantibus) eadem rerum facie manente, etc.

Dicatur de illa quorundam definiendi ratione, qua *conditionem* interpretantur eventum *futurum incertum*, coll. *Puffendorf* L. III. c. VIII. §. 1. 2. 3.

*Conditio-
num genera.*

Ex bene multis *conditionum divisionibus* in primis has in promptu habere convenit, ut sint aut *possibiles*, aut *impossibiles*, *) sive *physice*, sive *moraliter*, illae autem aut *potestativae*, aut *casuales*, aut *mixtae*, tametsi semper aliquid casualis insit, certe ex altera parte;

parte; *ajentes* porro, aut *negantes*, *suspensivae* tandem, aut *resolutivae*.

Ac de ea quidem, quae tempore promissi iamiam in *adverborum* genere erat, conditione, (nam de impossibilitate superveniente suo demum loco) videndum, apertum id ipsum fuerit et manifestum utrique, nec ne. Ibi si *ajens* est, *physice impossibilis*, promissum naturaliter nullum est. Cum enim pateat, promittentem jocari, nulla promissario iusta expectatio existere potuit. Sin autem *moraliter talis*, valent, quae dicta sunt de promisso ob turpem causam. (§. 222.) Sin autem *negativa*, i. e. si ea lege promiseris, ne fiat, quod fieri non posse, per se manifestum est, cum nihil incerti subit, pactum est purum. Quodsi vero certe promissario ignotum fuerit, conditionem existere non posse, omnis res redit ad dolum promittentis, ita ut ex tali etiam promisso jus et obligatio existere queat, certe ex capite reparationis damni.

De conditione impossibili.

Potestativae, casualis et mixtae conditionis formae in perfacili intelligentia verlantur. *Suspensiva* autem a *resolutiva* hoc differt, ut illa initium juris et obligationis cuiusdam, absolutae, non amplius conditionatae tantum, hac autem duratio illius definiatur, non autem initium juris et obligationis suspendatur.

Suspensiva, resolutiva.

*) *Conditionum* numero sunt, quousque, eiusmodi aliquid fieri non posse, incertum, et incognitum est.

Conf.

Comp. Henr. de Costejt disp. de conditione
ac die. Heideb. 1674. 1724.

§. 244.

Modus.

Modus hic intelligitur regula, quaedam dispositio de re quadam data, aut promissa praescripta, quo etiam pertinet causa finalis, s. scopus, alteri praestitutus. Atque omnino quidem eiusmodi *promissionem sub modo* ita interpretari convenit, ut *moda vis* insit conditionis *resolutive*, (§. praec.) nisi ea, quae circumstant, aliud iubeant.

Cordes (I. F.) de modo, conventionibus adjecto, eiusque usu Iuridico. Goett. 1782. 4.

§. 245.

De die.

Dies est ea dispositionis cuiusdam adiunctio, qua illius effectus ad tempus quoddam extitutum restringitur. Est autem dies 1) aut certus, *an*, et *quando*, aut incertus, idque, aut *in et quando*, aut tantum *an*, aut tantum, *quando*. 2) Die aut *terminus*, a quo, aut ad quem, aut *intra quem* definitur. 3) Tandem a die aut *ipsa obligatio*, aut eius *implementum* tantum suspenditur.

§. 246.

Quatenus dies vim habeat conditionis.

Dies incertus, tantum, *quando*, non est conditio, sed *incertus, an*, et *an et quando* simul, est instar conditionis proprie ac vere sic dictae, *suspensivae* quidem, si est terminus

mus, a quo, *sin* autem terminus, intra quem, aut ad quem, *resolutive*.

Explicentur *pacti in diem*, et *ex die* vocabulis ex usu juris. Aliorum interpretatur promissum in diem *Cundling* c. XI. §. 28.

§. 247.

Si pactum *perfectum* illud omne dixeris, *Quando* ex quo nunc obligatio quaedam, sive *absolutum* *per-* *lute*, sive *hypotheticum* tantum orta, aliquod *factum*. promittenti vinculum iniectum est, ut recedere nequeat, omne pactum, sive purum, sive conditionatum, simulatque promissum acceptatum, *perfectum* est. Quod si autem illud demum *perfectum* dicas, ex quo obligatio nunc *pure* et *absolute* existit, conditionatum, NB. cui inest suspensiva conditio, hoc demum existente, est *perfectum*.

§. 248.

Si vero de *termino consummationis* quaeritur, si pactum purum, aut dies quidam peculiaris consummationi definitus, aut contra. Ibi, existente demum illo die obligatio adest ad consummandum, hic autem statim existit, simulatque pactum est *perfectum*, s. *dies* hic statim *cecit ac venit*. Quod autem attinet ad pactum conditionatum et quidem cum suspensiva conditione, existente illa conditione, obligatio quoque existit ad consummandum, nisi alius adhuc dies adiectus sit. De conditione *resolutive* respondendum ex §. 243.

Quando consummandam.

M

§. 249

§. 249.

Pactum expressum, i. e. sermo superior iam iam attingit, de pluribus citum, praesumptam. Cum proprias quasdam pactorum formas adhuc videamus. Atque pro diverfitate *sensus* quidem pacta alia sunt *expressa*, alia *tacita*. De *praesumptis*, s. *quasi-pactis* tacet Ius Naturae. (§. 225-227)

Conf. Schott (Cph. Fr.) dissert. cit. ad §. 227.

§. 250.

Simplex, compositum, unilaterale, bilaterale, mixtum. Alia ratione pacta aut *simplicia* sunt, quae in plura resolvi nequeunt, aut *composita*, quae possunt. Simplex quoddam aliud *unilaterale* est, (*μονόπλευρον*) aliud *bilaterale*, (*διπλευρον*) prouti acceptans promittenti aut nihil invicem promittit, aut repromittit, ita quidem, ut *ex bilaterali conventionione utriusque ab initio statim jus quoddam suum et obligatio sua existat*; quod ubi aliter se se habet, pactum non *bilaterale* est, sed *unilaterale*. Pactum, quod quidam crepant, *trilaterale* intelligi non potest. Quod autem hoc nomine quidam appellant, est potius compositum ex pluribus, aut unilaterilibus, aut bilaterilibus.

§. 251.

Pactum obligatorium, liberatorium, mixtum. Ex omni quidem pacto promittenti, qua tali, obligatio, acceptanti, qua tali, jus patitur existit. Neque vero tamen hoc obstat, quo minus pactorum aliud dicatur *obligatorium*, aliud *liberatorium*, prouti promissio pertinet.

pertinet aut ad novam obligationem contrahendam, aut ad eam, quae iam erat, remittendam. Vtrumque coniungitur in *pacto mixto*.

§. 252.

Illam quoque pactorum varietatem cogitare licet, ut alia sint *re inita*, (*realia* ratione *inisa*, et *sine re inisa*) in quibus, nonnisi praestatione quadam ab altera parte secuta, aliqua alterius obligatio intelligi potest, alia autem *sine re inita*, (*consensualia*) quae et quousque sine praestatione quadam concipiuntur. Et illa quidem omnia communibus his formulis subiiciuntur: *Do, ut des, facio, ut facias, do, ut facias, facio, ut des.* *) Atque haec pacta, *re inita*, *per se* sunt unilateralia tantum. (per §. praec.)

*) Cave, haec eadem putes illis: *Promittenti dare alter repromittit dare* etc. quae sunt in *bilateralium* genere. Exempla sunt in *mutuo*, *commodato*, *pignore*, *permutatione*, *deposito*, etc. quae noli miscere *pactis de mutuando*, *commodando*, *oppignorando*, *permutando*, *deponendo*, quippe quae tantum sunt *praeparatoria* illorum, *sine re inisa*.

§. 253.

Gratis alteri praestamus aliquid aut promittimus, *quatenus* alter non invicem ad aliquid pro eo praestandum ex peculiari repromissione obstringitur. *) Strictiori vocabuli potestate gratuita praestatio *mercedem* tantum excludit, de qua inferius (§. 262. **).

M a

*) Sic

*) Sic in *mutuo* gratis alteri praestatur, nisi *pa-ctum de usuris* adjectum sit, usus rei fungibilis ordinarius, quo consumitur. Obligatio mutuarii ad restitutionem in genere non est ex peculiari repromissione, sed ex natura negotii. Non enim ipsa res gratis alienata intelligitur, sed usus, qui tamen sine consumptione rei percipi non poterat, *per se* gratis concessus.

§. 254.

Pacta benefica, onerosa.

Beneficum pactum. l. *gratuitum* est, quo et quousque gratis alteri praestatur aliquid, aut promittitur, contrarii generis *onerosum*. *) Hinc *tituli lucrativi et onerosi* vocabula. Pacta bilateralia omnia sunt onerosa. Et pacta, sine re inita, onerosa omnia sunt bilateralia. Pactum, re initum, potest esse onerosum, potest idem esse beneficum. Pactum igitur onerosum quoddam potest tamen idem esse unilaterale.

*) Sunt, qui aequalia faciunt *permutationis laesive* sic dictae, et *pacti onerosi* nomina. Vide Achenwall §. 198. P. I.

§. 255.

Pacta realia, personalia.

Sequitur, ut dicamus de illa pactorum varietate, qua aut *personalia* sunt, aut *realia*, eaque, aut ratione *juris*, aut ratione *obligationis*, prouti jus et obligatio *pactitia* aut *realis* est, aut *personalis*, subiective accepta. Sitne pactum aliquod reale, utrum personale, communi quodam decreto defini nequit, *) sed iudicandum ex consilio paciscen-
tium,

tium, quod partim ex ipsis verbis, partim ex natura negotii, partim ex aliis adiunctis, veluti conditione pacifcentium, **) intelligi debet.

*) Vid. Perill. Nettelblads §. 560.

**) E. g. in *pactis et conventionibus publicis*, de quibus in *iure gentium*. Conf. Grot. L. II, c. XVI. §. 16. Puffendorf. L. VIII, c. IX. §. 6. 7. 8.

§. 256.

Tandem *pacta* alia *principalia* sunt, alia *minus principalia*, prouti aut ad aliud pactum non referri debent, aut referuntur. Huius generis alia *praeparantia* sunt, quae futuro alicui pacto ineundo et conciliando inferviunt *) alia *adjecta*, quibus aliud pactum magis definitur, ut futurae inprimis lites caventur.

Pacta principalia, et minus principalia.

*) Veluti pactum de mutuo, de commodando, relatum ad ipsum mutui et commodati pactum, re initum.

§. 257.

Ut satis instructi veniamus ad potiora *Res fungibiles quae?* singula quaedam pactorum beneficorum et onerosorum genera explicanda, dicendum antea videtur de *rerum fungibilium* natura, de *pretio*, *pecunia*, *moneta*, *mercedis* etiam et *honorarii* vocabula definienda, ne in his frequentandis incerti vagemur. Ac

res quidem fungibilis, (functionem recipiens, *quantitas*) illa intelligitur, quae, usui *principi et ordinario* adhibita, *consumitur*, *) quatenus alia eiusdem generis passim invenitur, illiusque vice fungi potest. **) Rei igitur fungibilis usus ordinarius et principalis concessus, nisi concessio simul *jure abutendi*, adeoque sine *translatione domini*, s. *alienatione str. s. d.* intelligi nequit; neque *restituere* illam *in specie* datur, sed *in genere* tantum.

*) Modo illam ipsam *consumtionem* accurate interpretetur, coll. §. 166. et *Puffendorf* de I. N. et G. L. V. c. 7. §. 1.—3.

**) Sic portio quaedam *lapidis philosophorum*, in bonis defuncti reperta, non esset fungibilium rerum numero et loco habenda. Sit venia futuri.

Conf. Schott (Aug. Frid.) dissertatio de rebus, quae functionem recipiunt. Lips. 1767. 4. et in eius Opusc. n. 6.

§. 258.

Pretium
in genere.

Pretium quoddam omnino, (valor) rebus, tam corporeis, quam incorporeis, usui cuidam rerum, operis item, hactenus tribuitur, *ut afferant utilitatem quandam*, sive veram, sive alicui visam, (quae tamen utilitas non solum ad necessitates vitae, sed et ad commode iucundeque vivendum, ad omnia corporis et animi voluptatum genera, quae infinita sunt, referri debet) adiuncta tamen semper aliqua *rarity* cogitatione, hacten-

hactenus quidem, ut non cuivis illarum copia per se a natura data sit *), qua quidem raritate, aucta et imminuta, non magis, quam aliis infinitis causis, pretii aut intendendi, aut remittendi ratio constat. **)

*) Alioqui res utilissimae, veluti aer, aqua, nulum pretium habent.

**) Conf. Puffendorf. L. IV. c. I. §. 4. sqq. Gundling Jur. Nar. c. XXIII. §. 6—13.

Dicatur etiam de pretio affectionis, et an in res fungibiles cadat? collata Thomasi dissertatione de pretio affectionis, in res fungibiles non cadente, et Henr. de Cocceji diss. de pretio affectionis et amoenitatis. Heidelb. 1684.

§. 259.

Pactum onerosum quodlibet revocare licet ad permutationem quandam, latissime s. d. *onerosis aequis* (§. 254. not.) ita ut aut rebus res, sive ipsae, *qualitas q.* sive usus illarum, aut operae rebus, harumque *spectatur,* usibus permulentur. Atque in eiusmodi *ergo quantitas.* permutationibus praestandorum permutorumque *aequalitatem* quandam spectari, immo et lucrum (non *objectiva*, sed *subjectiva* aestimatione, et quae ex tempore sit) quis est, qui, indolis humanae gnarus, neget. Suis igitur rebus, operis, permutorum pretium quoddam, non omnino tantum, sed *definitum*, certum pretii modum et *quantitatem* statuere debent, quae vero, quod Geometrae praecipiant, nisi assumpto alio intelligi nequit.

§. 260.

*Hetero-
neorum
comparatio
quae fiat.*

Quae permutantur, cum fere *disiuncta* sint, *diversique generis*, in *heterogeneis* autem ratio aequalitatis vere s. d. per se non obrineat, pretium alicuius, alio quodam *heterogeneo* definitum, continetur *quantitate et magnitudine*, quae suo cuiusque iudicio et arbitrio *constat*, comparatione subiectiva necessitatis, commoditatis, voluptatis etc. ut hactenus saltem *communi aliquo nomine*, quae *comparanda* sunt, data intelligantur.

§. 261.

*Mensura
valoris.*

Illud, quo definitur valor et pretium alius cuiusdam obiecti, *mensuram valoris*, et aequivalens illius dixeris. *Quodlibet igitur cuiuslibet mensura valoris et aequivalens quoddam iudicio et arbitrio hominum existere potest.*

*) Conf. *Uffelmann* (Henr.) de mensura pretii rerum. *Helmit.* 1668. 4.

§. 262.

*Instat. nat.
o. premium
conventio-
nale.*

Vi libertatis naturalis cuilibet fas est, rebus, juribus, operis suis pretium quantumcunque statuere, idque quocunque alio, et quantumcunque assumpto metiri. *Hinc omne pretium in statu naturali est mere conventionale, nec ullum intelligitur legale.*

§. 263.

§. 263.
Pretium rei meae, juris mei, operarum mearum, alio quocunque assumpto definitum, vulgare cum aliis dicere placet. Vid. Gundling c. XXIII. §. 14. sqq.

Pretium vulgare.

§. 264.
Cum saepissime contingeret, ut alter non haberet eiusmodi aliquid, quod mihi utile, gratum et acceptum, pro meo ab altero reciperem, quo tamen minus difficultatis et obstaculi haberet permutandi negotium, mature homines de materia quadam cogitaverunt, cuius certa quaedam portio seu physica quantitas, substitui posset pro pretio cuiuscunque alius objecti. Talis materia *) est pecunia, pecunia signata moneta. Pecunia igitur inventa est, ut mensura communis pretii omnium aliarum rerum, jurium, operarum item. Atque hoc est, quod pecuniae tribuatur *pretium eminent.* Ipsa pecuniae summa, pro alio substituenda, *pretium* *vat* *εξοχον* dici consuevit. **)

Pecunia, moneta, pretium eminent.

Conf. Hinzelmanni (Jacob) diss. de pretio eminente. Lugd. Batav. 1705.

Schott. (Cph. Frid.) de notione pecuniae Tub. 1765. et in ejus dissert. Jur. Nat. T. II. p. 107. sqq.

Eiusd. disp. de cura principis circa pretium aeris signati s. monetae. Tub. 1754. et in diss. I. N. T. I. p. 44. sqq.

*) Qui vero factum sit et quo fato contigerit, ut metallis, nobilioribus imprimis, auro argenteoque, hic honor quasi ab omnibus habitus sit, ingeniosissime disputavit Gundling in Gundlingian, Part. XXXI. n. 2.

Pretium, mercès, usurae, honorarium quo modo distinguantur.

**) *Pretium* interdum *strictius* acceptum, ad metiendum valorem ipsius substantiae refertur, *merces* autem ad valorem usus rei, aut operum, illiberalium; h. e. quae corpore magis, quam animo praestantur, *honorarii* nomine illi servato, quod pro liberalibus solvitur. *Mercèdem* quoque ab *usuris* ita disjungunt, ut haec solvantur pro usu rei fungibilis.

§. 265.

Donatio inter vivos, et mortis causa.

Videamus nunc de praecipuis quibusdam pactorum beneficorum pariter, atque onerosorum formis. Ac primum quidem de *donatione*, quae est pactum de ipsa rei substantia, h. e. de ipsa re, sive corporali, sive incorporali, gratis *) in alterum transferenda. *Donantis* ac *donatarii* personas explicari haud opus est. *Donatio* ita facta, ut donatarius statim jus consequatur irrevocabile, **) *inter vivos*, ita autem, ut donans jus poenitendi sibi integrum servaverit ad ultimum usque vitae halitum, *mortis causa* vocatur, quae tantum *jus revocabile*, adeoque *titulum* acquisitionis *revocabilem* tantum tribuit ***) (§. 237.)

*) Dicatur de *donatione necessaria*, (in quo genere est *remuneratoria*) et *voluntaria*.

Crumbiegel (Io. Godofr.) *Commentario de donacione remuneratoria*. Rostoch. 1784. 4.
**) *Disce-*

**) Differatur etiam de jure revocandi ob supervenientes liberos: coll. *Gundling* I. N. c. XXV. §. 21. et *Hoepfner* Naturrecht §. 87. not. 3.

**) In eadem sunt sententia *Gundling* c. XX. §. 10. nec non *Thomasius*, *Henr. de Coctegi* alique.

§. 26.

Mutuum., a pacto de mutuando, sine re inito, mutui praeparatorio, distinguendum, est pactum, re initum, quod existit, si alteri rem quandam meam tradidi eum in usum, qui non potest percipi sine consumptione, sub lege restitutionis in genere, aut gratis, h. e. sine usuris, ubi eatenus est pactum gratuitum et beneficum, aut ita, ut usurae solvendae sint, pacto oneroso, unde *contractus foeneris.* *)

Verfatur igitur 1) mutuum in *re fungibili* (§. 257.) 2) mutuarius a momento traditionis fit dominus rei, mutuo datae. Cum vero res ipsa non sit gratis alienata, sed usus tantum gratis concessus, 3) mutuarius obstrictus est ad restitutionem, quae cum in specie intelligi nequeat, 4) in genere fieri debet. **)

*) Usuras neque Iure Naturae omnino prohibitas neque illis modum aliquem statutum esse, ex rei natura patet. Neque tamen Iure Naturae praesumuntur. Nec usuras usurarum prohibet. Conferantur:

Noordt (Gerard) tractat. de foenore et usuris.

Pestel

Pessel (Frid. Guil.) diff.: fons errorum de odio usurarum legitimo, investigatus et obstruendus. Rintel. 1753. 4.

Michaelis (Io. Dav.) Commentatio de mente et ratione legis Mosaicae, usuras prohibentis.

Schott (Christ. Frid.) de moralitate usurarum. Tub. 1764. et in dissertat. Iur. Nat. T. II. p. 53.

Kerstan (Mart. Gott.) de Anaticismo Iure Non prorsus illicito. Lipsiae 1711.

Eberhard (I. A.) Scriptum vernacula editum: Vertheidigung des Wuchers, darinnen die Unzuträglichkeit der gegenwärtigen gesetzlichen Einschränkungen der Bedingungen beym Geldverkehr bewiesen werden. Halae 1789. 8.

***) Quid si tempus restitutionis neque diserte, neque tacite praescriptum sit?

§. 267.

*De commo-
dato.*

Commodatum, pacto de commodando non idem, pactum, re initum, vocatur, si, re quadam mea alteri in eum usum, qui sine consumptione percipi potest, gratis h. e. sine mercede, concessa, alter obligatur ad restituendum in specie. Commodans igitur 1) manet dominus rei commodatae 2) illius periculum sentit, nisi diserte casum susceperit commodatarius 3) ante usum finitum ab altero rem repetere nequit, etiamsi ipse in-

indigeat. **) Finito autem usu 4) commodatarius tenetur ad restitutionem in specie, seu commodatarius est debitor speciei, quae si casu perierit, liberatur. (***)

*) Aliud videtur Puffendorf. de I. N. et G. L. V. c. III. §. 6. Nobiscum facit Griebner (Mich. Henr.) dissert. de aequitate LL. Rom. circa periculum rei commodatae Lips. 1702.

**) In hoc etiam adversum tenet Puffendorf l. c.

***) Dicatur de gradu diligentiae, commodatario incumbens, ex nostris principiis.

§. 268.

Precarii ea natura est, ut alteri concedam rei meae usum, qui sine consumptione percipi potest, pro lubitu meo revocabilem. *Precarium.*

§. 269.

Depositum, a pacto de deponendo diversum, est pactum, re initum, quo res aliena gratis custodienda suscipitur. *Depositum.* Depositarius igitur 1) non gaudet jure re deposita interea utendi, 2) obligatur ad rem deponenti restituendam, ut primum reperit, 3) non tenetur ad custodiam ultra tempus praestitutum. 4) Si mero casu depositum perit, deponens sentit. *)

*) Quaeritur et hic de diligentia, a depositario praestanda.

§. 270.

Mandatum, eius-que formae quaedam. **Mandatum**, pactum, quo quis (mandatarius) alteri, (mandanti) sese obstrinxit ad negotium alterius, sibi commissum, expediendum *gratis*, h. e. sine mercede, *) aut *universale*, aut *particulare*, aut *generale*, seu cum libera, aut *speciale*, aut *expressum*, aut *tacitum* esse posse, facile intelligitur. Immo et, ratione habita opinionis tertii, quicum agitur, *mandatum* aliquod esse potest *praesumptum*, **) h. e. probabile.

*) Illud autem *gratis* non excludit honorarium (§. 264 **) ut igitur *mandatum* pactum beneficium pariter esse queat, ac onerosum.

**) Conf. *Breuning* (Chr. Henr.) disp. de mandato praesumpto. Lips. 1764. 4.

Quousque mandans reneatur. Mandans ex facto mandatarii, limites mandati observantis, aequè obstringitur, sed et aequè jura acquirit, ac si ipse egisset. Si mandatarius limites mandati, tertio cognitos, transgressus est, mandans haecenus non obligatur. Sin autem terminos, sibi soli, non autem tertio cognitos, h. e. quos tertius non culposè ignorat, excessit, tertio tamen obstrictus tenetur, *) et praestationem damni exigit a mandatario.

*) Dissentit *Bynckershoek* in quaest. jur. publ. L. II. c. VII.

Conf.

Conf. *Bruning* diff. de obligatione mandantis, non servatis limitibus. Lips. 1768. 4.

Quaer. de gradu diligentiae, a mandatario praestandae, ex nostris principiis. Part. gen. C. III. Tit. VIII.

§. 272.

Quodsi, praesente Cajo, absenti Titio te praestitutum aliquid, significas, atque Cajus, nullo mandato, certe non quoad hoc negotium, a Titio instructus, promissum acceptat, h. e. declarat discrete, se confidere promisso tuo, de eoque ad Titium relaturum esse, 1) Cajo statim obstringeris, nec deinceps poenitendi locus est. 2) Titio autem, anteaquam resciscat, et acceptet, nullum jus, nulla tua adversus illum adhuc obligatio, 3) anteaquam igitur hoc fiat, Cajus jure gaudet te promisso liberandi, citra omnem Titii laesionem.

Ant quis sine mandato pro tertio valide acceptet?

Vid. *Grotius* L. II. c. XI. §. 8. *Puffendorf* de I. N. et G. L. III. c. IX. §. 5. collat. *Thomasi* Inst. Iur. divinae. L. II. c. VII. §. 119. et *Gundling*. c. XI. §. 53. *Boehmer* (Iust. Henn.) de jure, ex pacto tertii quaesito, in eius exercit. ad Pandect. edit. a Georg Lud. *Boehmero* Tom. II. p. 256. *Hoepfner* im Naturrecht §. 72. n. 3. Num. 4. autem meum non facio.

§. 273.

Pactorum onerosorum quatuor omnino formulas intelligere licet, prouti praestatio aut utrin-

Pactorum onerosorum genera.

utrinque rem, aut factum, aut ab altera parte rem, ab altera factum spectat, utque hic, aut a re, aut a facto, sive praestando, sive promittendo initium factum. Pacta onerosa, in quibus praestatio aut promissio utrinque rem spectat, a quibusdam vocantur *permutationes*, contractiore vocabuli potestate, (§. 254. not.) Multo adductior ea est, quae denotat eas rerum permutationes, quae nulla interveniente pecunia suscipiuntur, contractissima autem illi, ut. sit pactum, re initium, quod ipsum adhuc differt ab ea permutatione, quae utrinque actibus de praesenti absolutis continetur. Eminent autem in pactis onerosis, *emptio venditio et locatio conductio rerum, operatum et operis*, de quibus nunc.

§. 274.

Emptio venditio.

Emptio venditio est pactum, sine re initium, de dominio vel quasi dominio rei corporalis, aut incorporalis, existentis, et quae est in potestate venditoris, (*emptio venditio str. s. d.*) aut speratae, (*emptio venditio rei speratae*) aut existentis quidem, sed nondum in venditoris potestate, (*emptio venditio spei*) aut in genere, aut speciei, in alterum transferendo pro certo pretio. (§. 223.)

§. 275.

Quando emptor dominus fit,

Si 1) res in genere vendita, nisi traditione, aut demonstratione, adnumerando, appen-

appendendo, admensurando, dominium; per rei naturam ipsam, non transit. Quod si vero 2) res in specie vendita, simulatque emtio venditio perfecta, transit dominium ex principiis Iuris Naturae, nisi aliud quid placuerit. Periculum igitur rei emtae sentit emtor, *) non ita pretii venditor, his autem statim, perfecta emtione venditione, ad traditionem, et eodem modo ad pretium solvendum emtor obstringitur, nisi aliter inter illos convenerit. Ad praestandam vero evitionem emtori venditor bonae fidei non obstrictus est Iure Naturae. (§. 191.) **).

*) Idem ex eo efficitur, quod hic venditor est debitor speciei.

**.) Contrarium defendunt:

Perill. *Nettelblatt*. Syft. El. Iur. N. §. 583. et

Ashenwall P. I. §. 285. Nobiscum facit:

Breuning (Christ. Herr.) de praestatione evitionis jure naturali incognita. Lips. 1753. Vid. et.

Hoepfner §. 80. n. 3.

Dicatur de pacto displicentiae, quod et in alio genere intelligere licet.

§. 276.

Locatio conductio rerum, alia ac *operarum et operis*, est pactum, sine re initum, quo ego, locator, alteri, *conductori*, usum rei meae non fungibilis, pro *locario*, h. e. pro mercede repromissa, promitto. Conductor aedium *inquilinus*, *agri colonus* est.

Locatio, conductio, rerum.

N

§. 277.

Damnus casualis sensis conductor.

Si locator rem debita conditione conductori tradidit, hic, si casu non sentiat utilitatem expectatam, nihilominus ad integrum locarium solvendum obstrictus est, neque locator aliquid illius remittere Iure stricto tenetur. Ubi enim in pacto bilaterali alter ex sua parte praestitit, quae debuit, alter etiam ut praestet, quod ipsius est, tam naturale est, ac simplex, quam quod maxime. Neque hic ullam vim habet casuum solitorum, insolitorum, et insolitissimorum iudicium quoddam. Eadem est ratio conductoris, sua ipsius culpa ab utilitate percipienda exclusi.

§. 278.

Sublocatio.

Cum jus meum, *quousque meum est*, nisi ut personalissimum mihi concessum sit, cum alio communicare liceat, conductor usum rei, sibi concessum, alii concedendi pro mercede h. e. rem tertio, *subconductor*, *sublocandi* jure gaudet, nisi aut conventio, aut lex quaedam propria obsit.

De jure locatoris, non obstante locatione conductioe rem alienandi, adestur §. 234.

§. 279.

Loc. Cond. operarum et operis.

Locatio conductio operarum existit, si quis, (*locator operarum*) alteri, (*conductor operarum*) operas suas pro mercede promittit. *Locatio autem operis* ea est, ut aliquis, (*conductor operis*)

operis) alteri (*locatori operis*) operas suas ad opus aliquod conficiendum *locet*, quas hic *conduxisse* intelligitur.

§. 280.

In pactis onerosis est quoque *pactum feudale*, quo pro dominio utili mihi concesso alteri *fidelitatem* promitto. *Pactum feudale.*

§. 281.

In pactis onerosis, s. permutationibus latissime dictis, aequalitatem quandam, im- *Laesio quae fit in pactis onerosis, eo quam habeat vim.*mo lucrum adeo quoddam, paciscentibus proposita esse, dedimus §. 279. Cum vero in statu naturali aequalitas ista, aut lucrum, sui cuiusvis iudicii sit, in pacto oneroso aequalia sunt, quae talia a contrahentibus iudicantur. E. si vet maxime aliorum iudicio inaequalia sint, pactum tamen validum est, nisi error, dolo, aut culpa alicuius paciscentium in hac ipsa aestimatione s. in hoc iudicio intervenerint. Tum enim valent, quae superius de his exposita sunt §. 215 - 218. *Laesio* omnino, vere s. d. ergo et *laesio enormis*, seu ultra dimidium, sine dolo vel culpa intelligi nequit. Eiusmodi autem laesio, quantulacunque sit, (§. (§. 251.) laesio quidem tribuit jus exigendi, quod interest, non autem, nec ipsa enormis quidem, statim recedendi ab ipso pacto, *) quatenus error tantum incidens fuit.

Conf. *Nettelblatt*. §. 587. collat. *Achenwald*
P. I. §. 284. qui laeso optionem permit-
tit, aut exigendi, quod interest, aut re-
cedendi a pacto.

§. 282.

*Iustitia
commutari-
va,*

Iustitia igitur *commutativa*, s. in permuta-
tionibus latissime s. d. iudicio Iuris Natura-
lis tum servata est, si neuter paciscentium
culpose aut dolose alterum induxit, ad id,
quod accipit, tantidem aut pluris aestiman-
dum, quanti illud, quod praestitit, aut pro-
misit.

Conf. Perill, *Darjes* disp. de lege Talionis.

Cocceji (Henr. de) disp. de jure nocendi aliis,
et ad *Grot.* L. II, c. XII. §. 8. sqq.

Gundling Jur. Nat. c. XXIV. §. 4. sqq. et
C. XXV. §. 7. sqq.

Thomastus disp. de cerebrina aequitate ad L.
2. Cod. de rescindenda emtione venditione.

§. 283.

*Cautio
quid?*

Relinquitur, ut dicamus de *cautionibus*,
non quod omnes ad pactum aliquod referri
debeant, sed quia esse possunt ex genere
pactorum accessoriorum. Est igitur *cautio*
late s. d. quilibet modus, s. quodlibet reme-
dium maioris securitatis crediti, h. e. illius,
quod alter jure stricto debet. Quod si pacto
quodam praestatur, *cautio strictius* dicitur,
ubi

ubi cavens est promittens, cui cavetur, acceptans, s. promissarius. Cavendo igitur novum aliquod jus acquiritur in securitatem prioris, *principis, jus subsidiarium*. Quod si jus principale *pactitum* est, cautio est pactum accessorium, *relatum* ad aliquod princeps, Cautio non per se valida est, sed sequitur naturam eius juris, ad cuius securitatem spectat, ita quidem, ut, si jus princeps nullum est, neque cautionis aliqua vis sit, cautio autem invalida non ideo ius principale tollat, et infirmet.

Schmid (Car. Ferd.) disp. resp. Zerener, de cautione, Iure Naturae nulla, Viteb. 1785. 4.

§. 284.

Subsidiarium jus, ex cautione acquisitum, aut est jus in rem quandam, aut in personam, sive ipsius debitoris, sive tertii. *Ius ex cautione quorumplex.*

§. 285.

Pactum, quo quis *tertius* hac lege, nisi alter, *debitor*, quae debet, ipse praestiterit, alteri, *creditori*, praestare promittit, vocatur *fidejussio*, (cautio fideiussoria) ab *expressione et delegatione*, de qua suo loco, diversissima. Est igitur jus creditoris in fideiussorem, et huius adversus illum obligatio secundaria tantum et subsidiaria. Ipse autem debitor princeps creditori proxime manet obstrictus, nec a fideiussore creditori antea aliquid exigere

Fidejussio.

gere licet, quam iste debitor principalis aut non solvat, aut plane non sit solvendo, prouti pacti fuerint. Si debitor principalis solvit, fidejussor liberatur. Qui pro fidejussore, qua tali, fideiuber, est fidejussor *succedaneus* (subalternus, vicarius.)

§. 286.

*Oppignora-
ratio.*

Oppignoratio est pactum, quo quis creditori suo jus in re sua quadam constituit in securitatem crediti, h. e. eo consilio, ut, nisi debitum praestet, ex eadem ipsi satisfiat. Inde *cautio pignoratitia*. Res ipsa oppignorata est *pignus late s. d.* et jus, in illa re constitutum, *jus pignoris late s. d.* tamen et ipsum pignoris vocabulum ipsi juri interdum tribuitur. Quid autem sit, quod differat inter *pignus in specie* et *hypothecam*, dictum §. 179.

§. 287.

*Jura ex cau-
sione pigno-
ratisia.*

Ex *pignore* igitur *in specie* creditori competit jus rem oppignoratam possidendi ac detinendi, dum satisfactum fuerit, quod nisi fiat, ex ea sibi ipsi satisfaciendi. Ergo quoque agnosci debet jus a quocunque, *) bonae etiam fidei possessore, pignus vindicandi. Ex *hypotheca* existit jus efficiendi, ut ex ea re nobis satisfiat, non minus contra quemcunque possessorem. **) *Luitur pignus*, si debitum solvitur, in cuius securitatem constitutum erat

*) Lon-

- *) Longe alia placent *Coccej* (*Sam. de*) *dissert. proem. XII, §. 306.* omne omnino jus adversus tertium ex cautione pignoratitia neganti. Media hanc inter atque nostram sententiam via incedit *Hoepfner §. 102. n. 1.*
- **) Hoc ipso subvertitur illud argumentum, quo *Puffendorf* hypothecae utilitatem aliquam esse in statu libertatis, negavit *L. V. c. X. §. 16. exeunte.*

Dicatur simul in praelectionibus:

- 1) de *omissione* aut *interitu pignoris* et *hypothecae casuali.*
- a) de *lege commissoria*, et *pacto de distrahendo.*
- 3) de jure creditoris retinendi pignus, in securitatem unius debiti acceptum, propter aliud debitum, in cuius securitatem constitutum non erat, ubi facio cum *Leysero, Medit. ad ff. spec. 175. Med. 5.*

§. 288.

Creditori pignore in specie utendi nul- ^{*Pactum an-*}
lum jus, nisi hoc ipsum *pacto* quodam ^{*ad-*}
jecto ipsi concessum sit, quod vocatur ^{*chreticum.*}
antichreticum.

Conf. in hunc locum omnem:

Langemack (L.F.) *Pfand- und Hypothekenrecht aus Philos. Gründen. Berl. 1745. 8.*

§. 289.

Praestita quoque securitas intelligitur ju- ^{*Causio ju-*}
risjurandi religione, unde *cautio juratoria.* ^{*ratoria.*}
N 4 Est

Est enim aut confirmatio veritatis dictorum, aut securitas promissi, et debiti, scopus juramenti, ille *assertorii*, hic *promissorii*. Coaëte satis faciunt, qui *unam* tantum omnis juramenti *formam*, *promissorii* nimirum, cum *Gundlingio* *) agnoscunt.

*) Cap. XVII. §. 20. sqq. iure opponitur *juramentum de credulitate, juramentum in litem, minorationis et alia.*

Kohlschütter (Car. Cph.) de jurejurando credulitatis, secundum praecepta philosophorum de probabilitate iudicium. Viteb. 1785. 4. (juramentum de credulitate damnat.)

§. 290.

*Requisita
valide ju-
ransis.*

Iurejurando alteri persuaderi debet fortius de sinceritate loquentis. Quod ut efficiatur, necesse est, juramentum jurantis animo vim quandam admoveere maiorem ad sincere loquendum. Hinc metuat ac revereatur vindictam divinam, adeoque convictus sit, Deum esse omniscium, iustissimum, omnipotentem. Athei *) igitur theoretici, Epicurei, nullum est et inane, immo et Athei, quem vocant, practici juramentum nullam mihi praestat securitatem. De juramento imaginario **) supra expositum ad §. 143. sq.

*) Conf. *Willenberg* (Sam. Frid.), diss. de juramento Athei. Ged. 1708. 4.

Hallwachs (Io. Mich.) Biga quaestionum, de juramento Athei et religionis. Ien. 1715.

Mencken

Mencken (Gerard Herm.) de juramento Athei.
Lips. 1713.

**) Notentur :

Hunoldt (Matth.) An juramenta per falsos
Deos vera sint juramenta? Lips. 1687. 4.

Schwertner (Io. Dav.) diff. de Iurejurando
per falsos Deos. Lips. 1685. 4.

§. 291.

Qui, non coactus metu iniusto, alteri ^{Obligatio} jurejurando se obstringit, alteri excitare stu- ^{externa ex} det maiorem, quam antea aderat, expecta- ^{juramento.} tionem sinceritatis loquendi. Quodsi igitur tamen fallit, alterum laedit et laedendi conatum ostendit. Iuramentum igitur, ut omnis contestatio, externam quoque obligandi vim habet ad sincere loquendum, adeoque ad abstinendum aequivocis, obscuris et reservationibus mentalibus. Periurium *) igitur laesionis moralitatem adauget. Iuramentum vero, metu iniusto **) extortum, aut dolo elicatum; ***) nullam vim habet obligandi *externae*. De interno foro dispiciant Moralium doctores.

*) Dicatur breviter de *perjurio Athei*.

**) *Schultz* (Io. Georg) de juramentis, vi
vel metu extortis. Viteb. 1710. 4.

Zentgrav. (Io. Ioach.) de iuramenti, per
vim extorti, obligatione. Argent. 1688.

N 5

***) *Trus-*

***) *Trempenau* (Io. Dan.) disp. 2. An recte fecerit Iosua, iuramentum, dolo elicitum, Gibeonitis servando. Viteb. 1727. 4.

Redefsi (Car. And.) diss. de obligatione iuramenti dolosi. Lips. 1691.

Ritter (Io. Chrn.) diss. de iurejurando, dolose elicitum, non servando. Ien. 1742.

Sed hi fere disputant de obligatione in fore conscientiae.

§. 292.

An ex jur. nova existat obligatio? Iuramentum, pacto accedens, tendit in maiorem securitatem *juris* cuiusdam *principis*, pacto quaesiti. Hinc eiusmodi iuramentum non gignit obligationem quandam, *materia-liter novam*, sed *formaliter* tantum, h. e. fortio-rem, ut perfidiae moralitas augeatur. Ubi igitur nullum jus ex pacto, aut corruente, remisso jure illo principali, et obligatione principali, cessat quoque jus et obligatio accessoria, non ita vice conversa.

Boschaert (Car.) diss. an ex iuramento nova oriatur obligatio. Lugd. Bat. 1742.

Schorcht (Chrn. Frid.) Abhandlung von der Ungültigkeit des Eydes bey ungültigen Verträgen: Ienae 1786. 4.

§. 293.

De relaxatione iuramenti. *Relaxatio iuramenti*, qua iuramentum validum et obligatorium invalidum redditur, *) aut ea intelligitur, qua, cessante nunc, et remisso

remisso jure, et obligatione principali, accessoris quoque ex juramento corrui, aut sine laesione, h. e. violatione juris principalis alterius cuiusdam cogitari nequit. Illam minus commode **) relaxationem dixeris ipsius juramenti, (§. praec. exeunte) haec autem est contra Ius Naturae. *Omnis igitur relaxatio juramenti, vere s. d. Iure Naturae injusta. ***)*

*) Quod enim per se infirmum est, relaxatione non eget, nisi forte relaxationem interpreteris *meram declarationem*, jamjam per se fuisse infirmum.

**) Neque enim hic juramentum ipsum, validum et obligatorium adhuc, invalidum redditur.

***) Conf. *Gundling* Iur. Nat. C. XVIII. §. 5—7 et XIX. §. 20. et

Darjes Instit. Iur. Univ. §. 435. sqq.

Bayer Tract. historico-moralis de origine et natura praepudiciorum in jurejurando eiusque relaxatione.

Moser von der Relaxatione juramenti sowohl ad effectum agendi, als auch überhaupt.

Schott (Chph. Frid.) diff. de eo, quod justum est, circa relaxationem juramenti, secundum Ius Naturae consideratam. Tüb. 1753. 4. et in diff. jur. Nat. Tom. I. p. 1. sqq.

Dicatur etiam de juramento *per animam nostram*, coll. *Gundling* c. XVII. §. II. et *in animam alterius*, coll. *Gundlingio* in *Gundlingian*. P. 4. p. 334. sqq. vom Eyd

Eyd durch Bevollmächtigte, oder vom Eydschwur in des andern Seele: *Oldekop* (Iust.) de iurajurando in alterius animam. Bern. 1662. 4. et contra hunc (Gerard) *Feltmann* de promotione absentis et iurajurando in alterius animam. Duisb. 1667. 8.

TIT. V.

De acquisitione derivativa jurium in res et personas.

SECTIO II.

DE ACQUISITIONE IVRIVM DERIVATIVA SINE PACTO.

A) *Ex laesione.*

§. 294.

Ex laesione facta.

Ex laesione, s. iniuria illata, laeso competit jus 1) exigendi reparationem damni, et 2, in futurum sibi prospiciendi. Hinc laeso competit jus 1) *in res* alterius, damni ex illis vi et coactione reparandi ergo, si ultro nolit laedens, adeoque jus *occupationis derivativae*, 2) *in personam* alterius, tum cogendi illum ad operas, si res desit, praestandas, satisfaciendi causa, tum ad laedentem in custodia detinendum, ut nocere amplius nequeat.

§. 295.

§. 295.

Ex laesione autem imminente oritur jus defensionis, securitatis, immo et praeventio-^{Ex laesione imminensa.} nis, adeoque jus alterius libertatem naturalem haecenus restringendi, ut nocere haud valeat. Atque haec sufficiant, strictim carptimque dicta, cum quaestioni de reparatione damni et jure defensionis suus iamiam locus Tit. VII. descriptus sit.

Explicetur, quid sit, quod laeso tribuatur jus in laedentem *infinium*, s. *indefinitum*.

B) *De acquisitione hereditatis, atque de successione ab intestato, ac testamentis sigillatim.*

Conferantur in diversas partes omnino:

Reuterhielm (Car. Frid.) *diff. de successione ex Iure Naturae.* Erford. 1734. 4.

Darjes (Ioach. Georg) *diff. de acquisitione hereditatis eiusque effectibus secundum Ius Naturae.* Ien. 1746.

Kellinghusen (Rutger. Io.) *diff. de acquisitione hereditatis secundum principia juris naturae et civilis.* Franecq. 1750. 4.

Rave (Iacob.) *Abhandlung vom Erbrecht.* Ien. 1765.

§. 296.

Res alicuius corporeae iuxta, ac incorporeae, quae *realiter* ipsius sunt, (§. 1.) ^{*Hereditas et heres.*} vocan-

vocantur *bona eius in sensu Iuridico*, quibus igitur jura personalissima s. non transmissibilia non imputantur. Bonorum complexus *patrimonium*, defuncti bona *hereditas* dicuntur. *Haeres* autem, s. *successor stricte s. d.* ille intelligitur, qui jure proprio *) defuncto succedit, sive una persona physica, sive moralis, unde *coheredum* nomen.

*) Laxius enim, quicumque bona defuncti, quatenus ut res nullius juris spectanda sunt, prior tempore occuparet, foret *successor*, coll. §. 202.

§. 297.

*Ius et obl.
successoris.*

Succedit igitur heres in omnia jura defuncti non personalissima, sed et iisdem, quibus defunctus, obligationibus tenetur, quae inhaerent bonis defuncti ita, ut, si vixisset, ex bonis suis praestare debuisset. Naturaliter autem non praestat, quod vires hereditatis excedit. *)

*) Contrarium sentit *Hoepfner* §. 103, not. 2.

§. 298.

Ius hereditarium.

Ius hereditarium, aut late interpretaris quodcumque jus alicuius in hereditatem futuram, aut strictius jus in hereditate iacente. Nos hanc potestatem sequimur ita, ut jus hereditarium non jus mere personale, sed in re esse intelligatur, atque tum demum existat, quando hereditas ut res, in relatione ad me iacens, spectanda est. Est igitur jus hereditarium jus proprium occupandi bona defuncti.

§. 299.

§. 299.

Pactum successorium, hereditarium omnino, cum sit pactum de hereditate aliqua futura, aut nostra, aut tertii, idque varia forma, ac vario consilio initum, hic vero de pactis successoriiis dicimus, de nostra hereditate initis, iisque acquisitivis, quibus alicui ius quaeritur in hereditatem futuram, s. quatenus sunt titulus transferendi et acquirendi juris cuiusdam in hereditatem nostram futuram. Potest pactum successorium esse *beneficium*, potest esse *onerosum*, veluti in *contractu vitalitio*, potest iniri *revocabiliter*, ita, ut pactum displicentiae insit, veluti in donatione mortis causa, potest etiam contrario modo, h. e. *irrevocabiliter*.

§. 300.

Ex quolibet pacto successorio acceptanti, *Aditio hereditatis.* vivo promittente, jus quoddam existit, sive revocabile, et a conditione, nisi revocaverit, suspensum, sive irrevocabile. Mortuo igitur promittente, acceptanti existit *jus hereditarium*. (§. 298.) Iam accedente declaratione, sive expressa, sive tacita voluntatis, heredem me esse velle, h. e. *aditione hereditatis*, sive *verbali*, sive *reali*, i. *gestione pro herede*, dominus existo hereditatis.

Dicatur de *omissione hereditatis*, et quid sit *abstinere hereditate*, *repudiare hereditatem*.

§. 301.

§. 301.

*Transmissio
suo hereditaria.*

Ius, pacto successorio mihi quaesitum, bonis meis sensu Iuridico imputandum est, nisi ut personalissimum concessum sit, quod vero per se non intelligitur. Pacto igitur hereditario inito, si ipse interea vita excedam, obtinet *transmissio hereditatis*, i. e. transit jus meum illud in meum heredem.

§. 302.

*Bona mea
post mortem,
quatenus res nullius.*

Quotiescunque nemini adhuc in hereditatem meam futuram, me vivo, jus quoddam quaesitum est, neque irrevocabile, neque revocabile, cum omnia mea jura morte expirent, certe personaliter amittantur, (de quo paullo post) in ipso articulo mortis omnia mea bona sunt *res nullius juris*, (quod ex ipsis terminis patet.) Cedunt igitur primo cuique occupanti, quae quidem occupatio dici poterat *successio latissimo significato*, ita ut occupans foret *successor latissime s. d.* qui non jure quodam proprio, sed omnibus communi, vi aequalitatis, succederet, temporis prioris titulo tantum munitus.

§. 303.

*Non obstant
nuda voluntas
unilateralis.*

Cum naturaliter in neminem inscium et invitum jus aliquod transire possit (§. 210.) *nuda unilateralis voluntas*, quem heredem meum esse velim, *nullum alteri jus tribuit, neque revocabile, neque irrevocabile.* Ergo, non obstant.

obstante hac unilaterali voluntate, bona mea in articulo mortis rerum nullius juris numero et loco habenda sunt, primo cuique occupanti cessura.

§. 304.

Testamentum s. nuda dispositio ultimae voluntatis, expressa, institutionem heredis (directam) continens, vivo testatore, heredi testamentario, ne minimum quidem juris tribuit, ne revocabilis quidem (§ praec.) Ergo neque eius aliqua vis esse potest ad alios ab hereditate occupanda excludendos, seu ad jus hereditarium post fata testatoris consequendum, s. testamentum non est iustus titulus acquisitionis juris hereditarii. *Testamentorum valor non est ex iure naturali, sed ex instituto civili.*

Testamentum iure naturae nullam vim habet.

Contrarium qui tuentur, potiores hi fere sunt:

Grotius de I. B. et P. L. II. c. VI. §. 14.

Darjes de acquisitione hereditatis, eiusque effectibus secundum Ius Nat. Jen. 1746.

Claproth Abhandlung, ob die Testamente nach dem Recht der Natur statt haben, in eiusd. jurist. philosoph. und Critischen Abhandlungen 4ten Stück 10te Abh.

Rudolf (Io. Christ.) diss. de ultimis voluntatibus Iure Naturae validis. Erlang. 1753. 4.

Gaudius diss. de testamentifactionis in Iure Naturae firmitate. Goetting. 1736. 4.

Lan.

Langemach Lehre von Testamenten, aus philosophischen Gründen hergeleitet. Berol. 1745. 8. aliique plures.

Nobiscum vero faciant:

Puffendorf Libr. IV. cap. X. §. 6.

Thomastus (Chr.) in disp. de origine successione testamentariae.

Gundling Iur. N. et gent. C. XX. §. 44. sq.

Cocceji (Henr. de) dissert. de testamentis principum. Francof. ad Viadr. 1699. et in eius dissert. Vol. II. diss. 19. et ad Grot. L. II. c. VI. §. 14.

Cocceji (Sam. de) diss. prooem. ad Grot. XII. §. 293. seqq.

Gebauer (Georg Chr.) progr. de origine testamentorum, minime ex Iure Naturae repetenda. Goett. 1736. 4.

Achenwall P. I. §. 239. 240.

§. 305.

De successione ab intestato.

Successio ab intestato ex voluntate defuncti praesumpta, sive hanc ex obligatione defuncti naturali ad hunc vel illum maxime amandum, sive ex aliis indiciis colligis, cum sit nuda voluntas unilateralis, ne expressa quidem, et ibi inprimis obligatio ad amorem sit imperfecta tantum, Iure Naturae nulla est. (§. 303.) Ubi vero ad locum de familia et jure familiae perventum fuerit, videbimus quoque de rationi-

tionibus quibusdam, quibus *Henr. de Cocceji* et *Sam. de Cocceji*, certe *descendentibus* jus quoddam naturale ab intestato succedendi in bona parentum vindicare voluerunt. Et in iure publico universalis locus fuerit dicendi, quousque *fiscus* iure gaudeat succedendi ab intestato.

Facit nobiscum:

Gundling I. N. et G. c. XX. §. 65. lqq.

Gunner in Comment. ad *Darjes* instit. Iur. Nat. §. 503. lqq.

Cocceji (*Sam. de*) ad *Grot.* L. II. c. VII. §. 3.

Achenwall. §. 237. not.

Contra sentit:

Grotius L. II. c. VII. §. 3.

Puffendorf L. IV. c. XI.

Darjes Instit. Iur. Nat. §. 503. lqq.

C) *De praescriptione.*

Potiora in utramque partem scripta haec fere sunt:

Grotius de I. B. et P. L. II. cap. IV.

Puffendorf. de I. N. et G. L. IV. c. XII.

du Puy (*Pierre*) aequalis *Grotio*, sed in hoc contrarius, in diss: si la prescription a lieu

○ 2

entre

entre les princes souverains, inserta operi auctoris, touchant les Droits du Roi Tres-Chretien. Paris 1655.

Werthof (Io.) in Vindiciis dogmatis Grotiani de praescriptione inter gentes liberas, contra Petrum Puteanum (du Puy.) Helmstad. 1696.

Hoheisel (Dan. Frid.) diff. de fundamentis, in doctrina de praescriptione et derelictione gentium tacita distinctius ponendis. Hal. 1723. 4.

Ejusd. diff. de praescriptione immemoriali, sanae rationi et juri civili contraria. Halae 1724. 4.

Krause (Io. Gottfr.) progr. Num usucapio pariter ac praescriptio in Jure Naturae sit fundata etc. Vit. 1733. 4.

Langemacks (L. F.) philosophische Abhandlung von der Verjährung. Berlin 1746. 8.

Pagenstecher (Andr. Guil.) progr. de fundamento praescriptionis, in Jure Gentium positivo, non naturali quaerendo. Marb. 1748. 4.

Gunner (Io. Ern.) diff. in qua demonstratur, praescriptionem non esse Juris Naturae. Ien. 1749. 4.

Breuning (Chr. Henr.) de praescriptione, jure Gentium incognita. Lips. 1760. 4.

Meycke (Christ. Andr.) diff. de naturali principio usucapionis et praescriptionis. Alton. 1754.

Madih

Madhm Gedanken von der Verjährung nach dem Rechte der Natur. Halae 1764. 4.

Aeminga (Siegsm. Caes. ab) disqu. quaest. num praescriptio sit Iuris Naturae, nec ne, sed mere civilis? Gryph. 1764.

Rave (Jac.) principia univ. doctrinae de Praescriptione. Jen. 1766. recus. 1772. et cum notis cel. Eichmanni. 1780. (Praescriptionem philosophice etiam tractant invenies in hoc egregio libello.)

Gratath (Dän.) Gedanken von der Verjährung nach den Grundregeln der Naturgesetze. 1773. 8.

§. 306.

Antequam vero ad ipsum hunc locum accedamus, occupemus illam quaestionem, quae etiam ad Tit. VI. rejici poterat: *quam naturali jure vim habeat non-usus iuris cuiusdam mei?* et an ipsum aliquod jus, omisso iam blim exercitio, *nulla alia causa accedente*, naturali ratione amittatur? Non-usus iuris quem habeat effectum?

Atque si quidem jus mihi quoddam concessum est, *sub conditione exercitii*, proclive est intellectu, non-usu extingui. Si autem hanc legem non habet, exercitium huius iuris est res merae facultatis, neque adeo, illo omisso, hoc *per se* amittitur, quasi *tacite* remissum intelligi debeat, cum, *expresse*, dici nequeat.

O 3

Quod-

Quodsi vero tamen alius aliquis *bona fide* *) suscipit actus, juri meo contrarios, h. e. in possessione vel quasi b. f. esse incipit, egoque aut conscius non contradico, aut culpose ignoro, ipsum quidem jus meum neque hoc non usu naturali lege extinguitur, **) haftenus vero tamen restringi videtur, ut certe non liceat *nunc* simpliciter contradicere et jus meum exercere, *cum incommodo alterius*, bona fide agentis, quoniam dolose, aut culpose saltem forem causa damni alterius. Jus ipsum, inquam, amitti, neque de hac specie naturale est, sed potius ei, qui bona fide egit, exigere licet, quod interest, et reparationem damni, quod ex eo ipsi existeret, quod nunc demum contradico, et jus meum exerceo (per principia, supra exposita de possessione b. f. §. 190. sqq.)

*) Ex iis, quae mala fide alter suscipit, nullum ipsi jus existere potest.

**) Effet enim *poena quasi determinata* aut doli, aut culpa et negligentiae, quam vero ius Naturae non decernit.

§. 307.

Praescriptio, si communissima eius forma explicari debet, praescribens, ex amisso ab altero propterea, quod iam olim non usus est, jure quodam, *commodum quoddam* consequitur, *) quod si est liberatio tantum ab obligatione quadam, cui jus alterius respondet, *extinctiva*, **) sin autem aliud quod-

quoddam jus est, **) *acquisitiva* ***) *vo-*
catur. Vtraque quidem aut *definita, ac cer-*
ti temporis, si vis ac efficacia omissi exerci-
 tii a certo annorum, mensium ac dierum
 numero pendet, sin autem contra, *indefini-*
ta, cui *immemorialis* subiecta est, quae tum
 demum intelligitur, si id temporis spatium
 elapsum est, ut de initio, modo ac titulo
 praesentis status possessionis, vel quasi non
 amplius constet, neque vero tamen etiam
 huius iniustitia doceri queat.

*) Est igitur mutatio status (conditionis) iurium
 in actu primo, ex diuturnitate alicuius, quod
 circa illa contingit in actu secundo, seu *ex lapsu*
temporis.

**) Mere extinctiva eius generis, ut nihil inde
 commodi et juris alii existat, intelligi nequit,
 certe non in genere praescriptionis. Ipsius au-
 tem extinctivae duas formas distinguit convenit,
alteram, quae solo non-usu efficeretur, nullo
 actu in contrarium ab altero suscepto, veluti,
 si quis, triginta annis neque usuras, neque
 sortem a mutuatario exigens, hoc tamen antea
 non interpellato, neque debitum negante, jus
 exigendi tamen amitteret, *alteram,* ubi, ut in
 exemplo subsistamus, interpellato debitore, et
 negante, creditor tamen quiescit, neque jus
 suum statim persequitur. Priorem formam sunt,
 qui a genere praescriptionis excludant.

***) Neque etiam mere acquisitivam cogitare va-
 leo eiusmodi, ut nullius jus aliquod simul ex-
 tingnatur. Nam si v. g. civitas praescriptione
 jus nundinarum acquireret, hoc ipso tamen
 jus imperantis prohibendi et contradicendi ex-
 tingueretur.

*****)** *Acquisitio alia translativa est, alia consti-*
tativa, prouti aut jus ipsum, quod et quate-
est alterius, acquiritur, aut aliud quoddam
jus, quod antea, ut tale, non erat in altero.
Virinque tamen simul jus quoddam alterius ex-
tinguitur.

In acquisitione praescriptione omnes requiruntur
possessionem vel quasi, durantem, nec inter-
ruptam. Cum vero fiat, qui nullam omnino
sine possessione praescriptionem agnoscat, his
satisfacturi nonnulli, ut in extinctivam quoque
hoc conveniat, ita se expediunt, ut in hac praes-
scribens sit in possessione vel quasi liberationis
a jure alterius, ubi mihi tamen duplex forma
*not. (**)* *distinguendo esse videtur. Omnis*
enim possessio vel quasi continet animum ha-
bendi aliquid, aut acquirendi, saltem liberatio-
nem ab obligatione quadam, qui vero ex sola
omissione illius, ad quod obstrictus sum, per
longum tempus, satis fortiter colligi nequit,
bene autem tum intelligitur, si alteri exigenti
contradico, me aliquid aut omnino, aut ad-
huc debere, negando. Sic enim demum intel-
ligere valeo quasi possessionem quandam libe-
rationis ab alterius jure.

§. 308.

An prae-
scriptio
quaedam sit
jure Natu-
rae.

Atqui ut ad illud veniamus, cujus cau-
 sa haec praemissa sunt, omnis quidem,
 quae de praescriptione existere potest, quaes-
 titio, ex iis, quae §. 306. et superius de
 b. f. possessione disputata sunt, iudicari
 poterit. Sed propria tamen quaedam adhuc
 videamus. Ac *definita* quidem jure natu-
 rali nulla est, cum certi dierum, mensium,
 et annorum numeri ratio quaedam haberi
 nequeat.

Quod

Quod autem attinet ad *indefinitam* quandam et incerti temporis omnino, eamque primum *extinctivam*, de *prætori* eius *forma* §. præc. in aprico est, mero non-utū jus non extingui. Neque enim illa, quod debetur, per longum tempus non exigentis facilitas aut negligentia, remissionem juris, neque alterius præstandi, quod debet, incuriā vel animum tantum huius suae se obligationi subtrahendi demonstrat, multo minus jus illius tollit.

Quodsi vero aliquis a me exigit, quod ipsi debere videor, ego autem exigentis aut me debere omnino, aut adhuc debere, nego, *ibi* exigentis est probare debitum, quod quocunque demum tempore fiat, modo fiat, jus illius non extinguitur, *hic* autem, eam meum sit probare, dum hoc factum sit, jus alterius, meaque obligatio durare intelligitur.

De *acquisitiva* autem *præscriptione* omnino nihil novi ac propriū dicendum restat, sed omnia revocantur ad ea, quae de possessione vel quasi b. f. disputata sunt.

§. 309.

Relinquitur, ut de ea, quae dicitur, *De immemoriali præscriptione* dispiciamus, ac primum quidem *de re*. deinceps *de nomine*. *De immemoriali sigillatim*.
Atque quod ad ipsam rem attinet, illud quidem tam naturale et simplex videtur, quam, quod maxime, ut possessori immemoriali,

○ §

moriali, iustae olim acquisitionis opinione (praesumptione) munito, ideoque ab onere titulum ac modum ostendendi libero, possessio salva et integra conservetur, quod alius, jus quoddam fortius *sibi etiam nunc esse*, docere nequit. Ad hoc enim efficiendum non sufficit, ostendisse, ipsi, ipsiusque maioribus ante illud immemoriale tempus jus illud fuisse, (quod videtur *Sam. de Cocceji* *) seu, non sufficit hic pristinum ostendisse dominium, vel quasi, nisi etiam doceatur praesentis possessionis aliquod vitium. *)

*) Dissert. prooem. XII. §. 298. collato *Rave* I. c. §. 173. et 175. qui quidem optime mihi effecisse videtur contra *Cocceji*, potiorém esse opinionem (praesumptionem) pro possessore immemoriali, quam pro pristino domino, neque hunc sine laesione illius praeter immemorialis temporis probationem, aliquid ab illo exigere. Confer, inferius explicanda de quaestione, cuius sit probare.

**) *Commodum*, quod immemoriali possessione aliquis adipiscitur, est opinio iusti initii, s. iuste olim factae acquisitionis, et *libertas ab onere docendi titulum ac modum*. Idque ipsum commodum lapsu temporis mihi enatum est. Quodsi enim tantum temporis non elapsum, neque memoria initii possessionis oblitterata fuisset, jure alter postularét, ut titulus et modus proferretur. Atque hoc ipsum alterius jus lapsu temporis, seu, quod non mature exercebatur, extinctum est. Convenit igitur in hanc speciem communis, quae §. 307. explicata est, praescriptionis forma. Plura de nomine coram.

TIT. VI.

Tit. VI:

*Quomodo jura et obligationes, imprimis
pactitiae, tollantur.*

§. 310.

Aliud est, pactum esse nullum, si iam Pactum nul-
lum, absolu-
te, secundum
quid tale.
tempore initi pacti impedimentum aderat, ob quod valide contractum non erat, absolute quidem nullum, si ne inter volentes quidem subsistit, secundum quid vero, si contra; cuius quidem utriusque nullitatis causae satis supra inventae videntur. Aliud aliquid e diverso, jus et obligationem, quae revera antea erat, adeoque etiam jus et obligationem ex pacto, valide contracto, rursus tolli. De hoc nunc dicere instituiamus.

Notetur adhuc, quid sit, quod differat inter jus personaliter et realiter amissum.

§. 311.

Omnis amittendi juris cuiusdam mei ratio duplex omnino intelligi potest, mea Partitio ge-
neralis.
ipsum voluntate, aut nulla ratione habita meae voluntatis, meique consensus, ipso jure, ex ipsa rei natura. Ex illo genere sunt potissimum derelictio, et remissio juris mei, qua talis, quo facto simul tollitur obligatio alterius, cessio, (cum assignatione non eadem) expromissio et delegatio.

§. 312.

Novatio. *Remissio juris* fit pacto liberatorio, eoque aut gratuito, aut eius generis, ut nova in pristinae locum constituatur obligatio eiusdem debitoris eidem creditori, *novatione strictissime j. d. **)

**) Alii latius interpretantes novationem, cumulativam & privativam distinguunt, haec autem vel cum vel sine delegatione esse, ajunt. Nos ultimam tantum formam intelligi volumus.*

Modus tollendi pactum bilaterale. *Pactum bilaterale*, ex quo utriusque statim ab initio jus proprium competit, (si non ipso jure tollitur) non nisi mutuo consensu, h. e. *remissione juris utrinque facta* (poenitentia bilaterali) tolli potest.

Cessio. *Cessio* latius dici poterat quilibet actus, de praesenti absolutus, quo jus meum quodcumque in alterum actu transfero. Sed si accuratiori loquendi usui **)* inservire volumus, *cessio, pacto de cedendo* non eadem, est actus, de praesenti absolutus, quo in alterum transfertur jus quoddam meum, *quod non est dominium rei meae corporalis*, neque *jus in re aliena corporali*, alteri *in re mea corporali constituendum*; hinc *sigillatim* et haec *cessio* est, si ego, *cedens*, jus meum *objective personale*, adversus tertium quendam, qui *cessus* vocatur, in

in alterum, *cessionarium*, transfero, quod, quatenus incio et invito debitore, *cessio*, fieri queat, facile intelligitur. **) *Cessione* igitur tali jus meum in debitorem meum personaliter amittitur, et invicem hic sua erga me obligatione liberatur, alii eadem nunc obstrictus.

*) Sequor perill. Nettelbladt in nova introductione in jurisprudentiam positivam Germanorum communem §. 250. sqq.

**) Scil. nisi sint *jura personalissima*.

§. 315.

Cessio nominis, ad satisfaciendum creditori meo facta, et ab hoc simpliciter acceptata, plane mea me obligatione ac debito liberat, omni jure creditoris in me ipsum sublato. *Assignmente* autem, qua ego debitor, *assignans*, creditori, *assignatario*, solutionem ab alio, *assignato*, exigendam committo, tum demum liberor, si assignatus, acceptata assignmente, creditori meo solvit.

Cessio nominis, et assignatio.

§. 316.

Expromittit, qui pro debitore solutionem mihi promittit, ita quidem, ut cum debitore mihi nihil amplius negotii sit. Acceptata expromissione jus meum in debitorem omne extinctum, huiusque vicissim erga me obligatio sublata, expromissor autem mihi obstrictus est. Expromitti potest, incio debitore, quod aliter te habet in *delegatione* qua

Expromissio.

qua ipse debitor expromissorem substituit, ita, ut omni delegationi insit expromissio, non autem vice versa.

§. 317.

De amissione juris conditionis in diem statui inhaerentis, etc. *Iura et obligationes, conditionata, aut in diem, aut statui cuidam inhaerentes, sublata conditione, *) existente illo die, mutato et amisso statu, ipso jure tolluntur. De non-usu satis supra disputatum. De abusu vero notandum, quamquam, ne quis jure concessio abutatur, obstrictus sit, hoc tamen per se vim conditionis resolutivae non habere, sed laesi potius esse, remediis uti competentibus, ad abusum futurum impediendum, et ad damnum, abusu juris datum, reparandum, nec, nisi tum demum ipsum jus amitti, si ex abusu futuro, cui plane obstrui nequit, damnum irreparabile metuendum sit.*

*) *De impossibilitate conditionis, quae iam antea aderat, supra expositum §. 243. Relinquitur, ut dicamus de ea, quae supervenit, aut casu mero, ubi cessat jus et obligatio, aut culpa vel dolo alicuius, eiusque aut tertii, ubi promittens liberatur, promissarius autem a tertio exigit, quod interest, aut alicuius paciscendum, eiusque vel acceptantis, cui tum nullum jus est, aut promittentis, qui non liberatur, sed obstrictus manet ad promissum praestandum.*

§. 318.

De jure, subjective et objective reali. *Ius quoddam, subjective reale, (rei inhaerens,) adeoque obligationem, objective realem, interitu illius rei casuali extingui, ita*

ita in aprico est, ut disputatione non egeat. Eodemque modo *jus, objective reale*, hinc *obligatio, subjective realis*, interitu rei obligatae casuali extinguitur; seu: *casum sentit ille, cuius fuit jus in illa re quaecunque.*

§. 319.

Morte omnia mea jura *personaliter*, per. *Mors quid efficiat.* *realiter* amittuntur, nec transeunt ad heredes. Ceteroquin autem mors non tollit omnia jura et obligationes, imprimis pactitias, sed multum refert, pactum fuerit reale, an personale ratione juris, et obligationis, (§. 255.) In pacto enim personali ratione juris mors acceptantis, ratione obligationis, mors promittentis liberat nexu pactitio. In pacto autem reali ratione juris neque mors acceptantis, neque in pacto reali ratione obligationis mors promittentis liberat, sed ibi jus, hic obligatio transit ad heredem.

Conf. *Willenberg* (Sam. Frid.) diff. mortem non omnia solvere, *Gedan.* 1734. 4.

§. 320.

Pacta stringere, dum rationes eorum *Si ratio pacti cessat,* valent, hactenus verum est, ut rationes intelligantur manifestae, h. e. aut expressae, aut ex natura negotii et reliquis adiunctis satis certae, non autem arcanae, mihi que tantum cognitae. Alioqui res revocatur ad locum de errore.

§. 321.

§. 321.

Impossibilitas pacti superveniens. *Impossibilitas pacti superveniens* 1) mero casu, aut culpa vel dolo tertii, promittentem liberat, tertius tamen hic praestare debet, quod interest, 2) culpa vel dolo promittentis ipsius, huius obligationem gignit ad praestandum, quod interest, 3) *acceptantis* denique promittentem liberat, qui, si pactum erat bilaterale, jus suum ex re promissione non amittit.

§. 322.

Debitor speciei et generis, si res casu intereat. *Debitor igitur speciei casu, sive mero, si-ve certe ex parte ipsius, obligatione liberatur, nisi casum receperit; debitor autem generis non liberatur, si res quaedam eius generis, anteaquam sufficienter alteri demonstrata ac determinata fuerit, casu pereat.*

Exemplum est in periculo *rei emtas, venditae, et pretii*, nondum soluti.

§. 324.

Concursum pactorum. Quando *concursum* (collisionem) *pactorum* dicimus, eam speciem excludimus, qua pactum, quoddam posterius iuri quaesito antiquioris paciscentis prorsus repugnat, *moraliter impossibile*, et nullum, altero tantum ad satisfaciendum obstricto alteri, quem, non culpose ignorantem antiquius pactum, ad contrahendum induxit, veluti in *concursum sponsaliorum*. Sed loquimur de *concursum*

factorum, in se validorum et legitimorum. Atque hic quidem 1) videndum, ut revera hoc tempore aut *physice*, aut *moraliter* fieri nequeat, ut utrique promissum praestem, alioqui nulla collisio. 2) Deinde, cum omnis collisio ortum ducat ab eo, quod oratio vagi aliquid et indeterminati habeat, sincere spectandum, quae ex mente et consilio pacipientium restrictio et adiunctio subintelligenda, aut ex aliis generalioribus principibus de pactis tacite inhrit, *) et inde iudicandum, an hac ipsa collisione hoc tempore obligatione mea erga utrumque liberet, utrum erga alterum tantum, et erga utrum?

*) Sic, si ea, quae concurrunt, pacta sint diverso tempore inita, *priora* pacta, si cetera paria sunt, *posterioribus* sunt praefenda, cum haec *posterioribus* hanc tacitam restrictionem ad legem habeant, *sulvo jure quaesito antiquioris pacipientis*. Videmus de exemplo quodam. Gens A olim genti B, promissit, se contra quameunque alteri *omni virium suarum contentione* (mit gesamter Macht) in bello adfuturam. Postea simile pactum inivit cum gente C. Exardet bellum gentis B, cum gente D, et gentis C, cum E. Utraque gens B, et C, eodem tempore auxilia bellica polcunt a gente A. En concursum foederum! Fieri enim nequit, ut *omni virium contentione* genti B, pariter adstet, et C. Potiores hic sunt partes gentis B, antiquioris pacti religionis et iure. Quid autem, si pacta sint aequae antiqua? Quid si inter ipsam gentem B, et C, bellum oriatur? Quid si causa alterius manifesto iniusta, quid si dubia sit?

§. 324 et in similibusq.

*Mutatio
status.*

Mutata rerum facie pactum cessare, seu omnia pacta tacitam hanc legem habere, ut eadem adhuc sit rerum conditio, (*rebus sic stantibus*) hactenus verum est, ut rerum conversione aut ratio pacti manifesta cesset, (§. 320.) aut pactum impossibile reddatur (§. 321.)

Conf. *Cocceji* (Henr. de) diss. de clausula: rebus sic stantibus. Franc. ad Viadr. 1696.

Kopp (Car. Phil.) de clausula, rebus sic stantibus, secundum jus naturale et civile. Marb. 1750.

§. 325.

*Mora im-
plendi, col-
lata cum
perfidia.*

Pacti bilateralis implementum ab altera parte si debito tempore non sequatur, proximum est, ut alteram adigam ad implendum, damnumque, si quod ex mora ortum est, reparandum. Quod si non fiat, aut fieri nequeat, recedere licet a pacto. Quod si autem perfidiam alter adeo commiserit, h. e. actus, pacto contrarios, susceperit, statim licet recedere a pacto. Ratio diversitatis ex eo est, quod omni pacto oneroso inesse videtur conditio resolutive; ne perfidia committatur, ut autem debito tempore impleatur, licet jure exigatur, non tamen per se habet vim conditionis resolutive, nisi diserte ita pacti fuerint.

§. 326,

§. 326.

Relinquitur, ut de aliis quibusdam ad huc modis jurium amittendorum et extinguendarum obligationum exponatur. Nec attinet dicere de *solutione*, h. e. praestatione ipsius debiti, totius, ac tanti, quantum debetur, debito loco, tempore *) ac modo, neque etiam de *datio in solutum*, i. e. quando aliud debiti loco solvitur, quae tamen creditori obtrudi nequit. Sed de *oblato debiti, compensatione, confusione, consolidatione* dicendum adhuc breviter.

Solutio et datio in solutum.

*) Dicatur de *debitore moroso*.

§. 327.

Fac, creditori debitorem declarare, se ad solvendum esse paratum, h. e. *solutionem offerre*. Fac, creditorem citra iustam causam solutionem acceptare hollē, debitorem vero ita se abdicare possessione rei debitaē, ut plane in creditoris potestate positum sit, eam apprehendere, debitor liberatur, et quicquid detrimenti ex omissa apprehensione creditor sentit, sibi tribuat. Est igitur *oblato* quaedam debiti, quae solutionis instar est. Creditor hic est in mora.

Oblatio debiti.

§. 328.

Si debitor creditori suo in solutum quasi imputat, quod hic ipsi debet, *compensatio* existit, ex qua quatenus creditor laedere-

Compensatio.

P a

tur,

tur, solutionis loco obrudi nequit. Hinc
 1) liquidum illiquido debitum compensari
 nequit, nec magis 2) debitum, cuius dies
 iamiam venit, eo, cuius nondum venit.
 3) Omnino debita diversi generis invicem,
 invito creditore, compensari nequeunt.
 (propter §. 260. 262.) Quodsi vero e diverso
 debita, quorum alterum altero compensari
 debet, eiusdem generis et exacte aequalia
 sunt, nec aliud ex compensatione incom-
 modum creditor docere valeat, compensatio-
 ne contentum esse oportet, meaque cum
 eius jure obligatio extinguitur.

Satis obvium et expositum esse puto, cuiuslibet
 intelligentiae. aliam longe esse rationem *com-
 pensationis*, et *juris retentionis*, h. e. juris con-
 tinuandi possessionem vel quasi rei, quae nunc
 restituenda esset, propter eius, cui restituenda
 esset, debitum, donec solvat.

§. 329.

Confusio. Si idem, qui debet, nunc eius quoque,
 cui debetur, personam sustinet, oritur *con-
 fusio*, veluti si creditor debitoris, aut cre-
 ditoris debitor, aut tertius utriusque haeres
 existit. Sic enim, quae antea sibi respon-
 debant, jus et obligatio plane tolluntur.
 Sic etiam, si fideiussor creditoris, aut hic
 illius haeres est, cessat obligatio fideiussoria.

§. 330.

Consolidatio. *Consolidatio* vocatur, si jus in re qua-
 dam, inter plures divisum, totum ac indi-
 visum rursus in una iungitur persona, quod
 non

non minus pacto consolidationis, quam ipso jure fieri potest.

Dicatur, quid differet a consolidatione accresio.

§. 331.

Modi, haecenus explicati jurium tollendorum, et obligationum extinguendarum poterant alia quoque ratione dispesci in *communes*, et juri obligationisque pactitiae *proprios*, cui utrique generi quinam modi, antea dicti, sint subjiciendi, inventu haud difficile fuerit.

Minimus generale.

TIT. VII.

De persequendo jure nostro, seu Jus Naturale belli et controversiarum.

Finckler (Georg Ern.) de persequutione juris extra judicium. Altd. 1726.

§. 332.

Duabus quidem hic locus absolvitur *Delinatio* quaestionibus, altera de persequendo jure *tractationis* certo *et indubio*, sive violato, sive violando, altera, de *jure dubio*, seu, de *finiendis litibus*.

DE PERSEQVENDO IVRE CERTO.

A) *De reparatione damni.*

Boehmer (Phil. Lud.) de reparatione damni
dati. Helmst. 1697.

Roester (Io. Eberh.) de restitutione damni;
ex principiis philosophiae moralis. Tu-
bing. 1707.

§. 333.

Damnium,
eiusque for-
mae.

Damnium, grammaticè dictum, est quaeli-
bet boni cuiusdam, quod aut adfuit, aut,
nisi impedimentum obtitisset, adfuisset, pri-
vatio, (quo etiam pertinent *damna casualia,*
jure data, et *quae sua quisque culpa sentit*)
technice autem talis, quae *ex laesione,* h. e.
violatione juris cuiusdam perfecti, sive *im-*
mediate, sive *mediate* ortum ducit. Vnde
nomina *damni moralis,* *) huiusque, pro di-
versitate laesionis, *aut culposi,* aut *dolosi, im-*
mediati, aut *mediati.* *Damnium positivum*
(seu emergens) eatenus mihi oritur, qua-
tenus eo privor, quod actu meum erat, *pri-*
vativum vero, seu *lucrum cessans,* si illud
non obtineo, quod obtenturus fuisset, nisi
adfuisset impedimentum, quod si est laesio,
lucrum cessans est *damnum, technice dictum,*
mediato accensendum; ita, ut neque omne
lucrum cessans sit *damnum mediatum,* re-
chnice

technice acceptum, neque omne damnum mediatum sit privativum s. lucrum cessans, cum et positivum esse queat, quod quibusdam **) dicitur *damnum emergens, strictius tale*. Damnum positivum (emergens) et lucrum cessans coniunctim vocantur *id, quod interest*. Malum, ex usu juris nostri alteri ortum, *damnum, in consequentiam veniens, directe dato* oppositum a Grotio, non est in damnis, technice acceptis.

*) *Damnum*, quod quidam dicunt, *physicum*, si aut animal, rationis expertus, aut furiosus, quae talis, aliusve, rationis haud particeps, mihi nocuit, quousque nullius alius hominis culpa vel dolus intervenit, est in *casualibus*, et fortuitis, adeoque grammatice dictis. Sin autem contra, est morale, ratione illius habita, cuius culpa aut dolus interfuit.

**) Veluti Perill. *Nettelblade* §. 238.

§. 334.

Reparare damnum, satisfacere, ampliore vocabuli potestate, est efficere ut mala ex turbatione orta, quousque fieri potest, tollantur, quod si *restitutione*, sive in specie, sive in genere praestetur, *damnum reparabile*, sin autem per aequipollens, aut aequivalens, *satisfactione strictius dicta*, *irreparabile* vocatur.

§. 335.

Posito damno, technice dicto, et morali, sive doloso, sive culpato, (culpa scilicet ea, cuius in foro externo naturali ratio habetur) *Ius laesi ex- torquendi reparatio-nem damni.*

betur) laeso competit *ius extorquendi reparati-*
tionem damni, si lenioribus non succedit,
 laedens vero obstrictus est ad reparandum
 damnum, et ad *restitutionem quidem*, quousque
 fieri potest, *in subsidium vero ad satisf-*
factionem. Neque sufficit, praestari damnum
 positivum et emergens, sed et privativum,
 seu lucrum cessans; adeoque *omne, quod*
interest.

§. 336.

Ius punien- Sed insuper laeso *ius* etiam tributum est,
 di, *poena* eum, qui damnum intulit, *puniendi*, h. e.
 nat' εἰσφοράν dicere, mala quaedam alteri inferendi, ut
 si d. in posterum a laesionibus sibi temperet, im-
 mo et ut alii terreantur, adeoque *ius poe-*
nae nat' εἰσφοράν s. d. seu praevisoriae. Quod
 quidem de damno, dolose dato, difficulta-
 tem non habet, de culposo autem hactenus
 facile concessum fuerit, quatenus mala, quae
 ex reparatione damni tantum alter experi-
 tur, haud sufficere intelligerentur ad eum cir-
 cumspectiorem reddendum. Existit hinc
 discrimen *reparationis damni* alicuius *qualifi-*
catae, cum poena coniunctae, et *simplicis*,
 non coniunctae.

§. 337.

Quid si plu- Fac, plures ad damnum inferendum con-
 res *damnum* currisse, 1) *per actus dividos*, naturale est,
 insulerunt, ut, quam quisque partem damni intulit,
 eam tantum praestet, neque, si reliqui non
 sunt

sunt solvendo, teneatur in solidum. Sin autem 2) per actus individuos, quilibet, si reliqui non sunt solvendo, tenetur in solidum. Alias obtinet beneficium divisionis,

§. 338.

Ex damno, quod quidam loquantur, *phy. De damno fisico* (§. 338. *) quousque mere casuale est, *physico.* nullum patienti jus, neque ulla aliqua inferentis obligatio existit ad reparandum damnum. Hinc neque dominus animalis, quod punit, omnis doli et culpae expers, ad radendum illud, aut ad damnum reparandum naturali iure obstringitur, tametsi eius sit, scriptum reddere, quanto locupletior factus est. Actio quadrupedaria non est Iuris Naturalis. *)

Conf. Cocceji (Sam. de) Introd. ad Grot. dissert. prooem. XII. §. 585.

Seckendorf (V. L. de) disp. dominum ex facto animalis praeter culpam non obligari.

Busche (Io. Clam, Aug. von dem) de domino, ex facto animalis praeter culp. non oblig. ad Grot. L. II. c. XVII. §. 21. Lips. 1729.

*) Comparetur, quod iure Romano institutum, cum Exod. XXI. ult.

§. 339.

Si quid in me ab altero contumeliose dictum factumve esse, h. e. si quis *injuria* *strictè s. d. quomodo strictè satisfas.*

P 5

scribere s. d. (§. 151.) verbali aut reali, affectis se me *) videtur, ita ut dubium sit, consilio ac studio (*animo injuriandi*) fecerit, nec ne, fas est ab altero exigere *declarationem honoris*, quae dicitur, h. e. me ab altero existimari virum iustum, nec ipsi animum fuisse de fama mea detrahendi. 2) Sin autem *de animo alterius satir constat*, illius est declarare, se poenitere facti dictive iniuriosi, quae est *deprecatio*. 3) Sigillatim vero si *calumniatus* est alter, aut *obtrexit*, (§. 150.) jus est ab altero exigendi, ut, se mentitum esse in iis, quae contumehose dixit, profiteatur, *recantatione*, seu *palinodia*. 4) Natura etiam cuilibet fas est, quamcunque injuriam, verbalem realemve, aequali rependere, h. e. *retorquere*.

B) *De jure securitatis, atque hinc ducto jure defensionis ac praeventionis.*

§. 340.

Laesio im- *Laesio* ab eo mihi *imminet*, cuius *con-*
minens, et tum efficacem intelligo me laedendi. Ille,
aggressio. a quo *imminet*, *aggressor*, *) ego *aggressor*,
 ipsi actus, quibus conatus *efficax* declaratur, *aggressio* vocantur, quae vel *remota*, vel *proxima* esse potest.

*) Qui actu laesit, etiam *aggressor* est, quatenus plura ab eo metuenda sunt. Sed non opus est, ut *aggressor* actu jamjam laeserit.

§. 341.

§. 341.

Qui remedia adhibet, sufficientia aver-
tendae laesioni imminenti, *antevertere* illam ^{Anteversio}
significatu latiori, strictiori, si sunt media le- ^{laesionis de-}
nora, sin autem vim et coactionem oppo- ^{fensio, prae-}
nit, *defendere* so dicitur. Defensio, (violenta) ^{ventio,}
alterius conatis opposita, antequam ad-
huc laedere incipiat, est *praeventio*. Cetero-
quin *defensionis* vocabulum ampliorem inter-
dum potestatem habet, ut non ad ipsas *lae-*
siones tantum imminentes spectet, sed ad
mala imminentiā omnino.

§. 342.

Ex quacunque laesione imminente, etiam si ^{Quo tempo-}
levissima videatur, in foro externo naturali, ^{re} jus de-
aggressio competit *ius defensionis violentae*, ^{defensionis}
iuris expletione, ad plenariam usque securitatem, ^{existat?}
non tantum nunc et proxime, sed et quoad
futurum, ergo et ipsum *ius* quoddam *poe-*
nae provisoriae, immo etiam *ius praevenien-*
di, ex ipso jure securitatis, nec opus est,
absolute certam esse laesionem imminentiā,
sed sufficit alterum culpōse suis factis suspi-
cionem *) sustinere laesionis imminentiā,
cui evitandae anteversio strictius dicta non
sufficeret, cuiusque maiorem aliquam certi-
tudinem et propinquitatem quasi, salva se-
curitate, expectare haud licet. (Conf. Prae-
cogn. Cap. III. §. 51.)

*) Neque vero tamen, quod *Hobbeso* videtur,
(de Cive Cap. V. §. 1.) quaelibet suspicio
sufficit.

§. 343.

*Limites de-
fensionis.*

Defensoris est, limites defensionis non egredi, h. e. eam tantum adhibere vim, quae sufficiat ad *plenariam securitatem*. Ex hoc in foro externo naturali *) iudicandus modus et mensura remediorum defensionis, non autem ex magnitudine malorum damnorumque imminentium. (§. 31. not.) Qui limites defensionis dolose excedit, mutatis vicibus, aggressor existit, (§. 340.) altero, antea aggressore, in favore defensionis constituto,

Conf. *Volschovii* (Io.) diff. de Defensione temperata. Gryph. 1653.

Ludovici (Iac. Frid.) de limitibus defensionis in bello defensivo. Hal. 1706.

*) Dicatur de diverso ambitu limitum defensionis violentae in foro externo naturali, ubi simul jus aliquod puniendi, (poenarum provisoriarum) aggresso competit, et in civitate, ubi hoc magistratui committendum est.

*Moderamen incul-
patas tutelae. i) si
visa nostra
agitur.*

Limes moralis (de *externo* nunc dicimus, sed et de *interno* alia existit (quaestio) defensionis violentae, vitae, corporis, rerumque nostrarum, cum caede aggressoris, vocatur *moderamen inculpatas tutelae*. *) Ac de periculo quidem vitae 1) videndum, ne mea ipsius culpa adierim, 2) notandum, me non semper ad fugam obstrictum esse, 3) con-

contra ebrios, **) furiosos, ipsosque parentes, ***) ultima licere, 4) de imperante ****) autem impeditiorem esse quaestionem, ex jure sociali diiudicandam.

*) Scriptis, copiose excitatis a *Meistero*, vocibus: *defensio, moderamen, tutela*, addatur:

Hellfeldt (10. Aug.) dissert. resp. Frid. Christ. Gottl. *Ortel*, de violenta rerum nostrarum defensione: in opusc. *Hellfeld.* no. XXI. p. 474.

**) Conf. *Mülleri* (Henr.) Theologische Erörterung zweyer Fragen? 1) ob ein Christ für seinen Nächsten in gewissen Fällen das Leben zu lassen schuldig sey? 2) ob ein Christ von einem Trunkenbold überfallen, lieber tödten soll, oder sich tödten lassen: *Pauca insunt, ad iudicium fori externi spectantia.*

***) *Olearii* (10. Aug.) quaestio: an liberis contra parentes, injustos vitae ipsorum aggressores, cum parentum morte se defendere liceat. Lips. 1699.

****) Conf. interea *Schneideri* (10. Frid.) diss. de illicita contra principem defensione. Hal. 1702.

§. 345.

De aliis vero iniuriis et periculis, corporis eiusque membrorum, pudicitiae et famae omnino, bonorum nostrorum, cum
 2) contra alia pericula.
 aggress.

aggressoris caede propulsandis, in foro externo naturali quaestio haud impedita est, impeditior in foro interno, et statu civili.

Conf. *Redelius* (Car. Andr.) de defensione bonorum adversus aggressorem. Lips. 1689.

Rivini (Io. Flor.) diss. de jure vitae et necis, privato in furem competente. Lips. 1740.

Schelguigi (Gottl.) diss. 2. quid liceat pro fama? Gryph. 1706.

Reinhardt (Io. Tob.) progr. num defensio pudic. cum invalor. nece licita sit? Erf. 1734. 4.

S E C T I O II.

DE PERSEQVENDO IVRE DVBIO.

§. 346.

Ante omnia sentanda probatio. Si quis jus quoddam meum, mihi certe tale visum, negat, sibi que dubium esse, ait, cum a remediis lenioribus, frustra adhibitis, ad vim demum et violentiam progredi liceat, litigantes, in foro etiam externo naturali sibi invicem obstricti tenentur ad *probationem* *) ante omnia tentandam, remque illiquidam hoc modo ad liquidum perducendam. Sed hic existit quaestio, altius repetenda: utri litigantium incumbat *probatio*? **)

*) Dica-

*) Dicitur: quid sit, quo differat ab *artificiali naturalis* probatio?

**) Commendandi inprimis:

Schier Schmidt (Io. Iust.) Allgemeine Regel, wer von streitenden Partheyen bey einem *Rechtshandel* den Beweis zu übernehmen hat. Erlang. 1754. 4.

Achenwall P. I. §. 290. sqq.

§. 347.

Ius quoddam *commatum* nemo suum probare tenetur, sed hoc praesumitur, adeoque negantis est probare, alteri adhuc non competere. Sin autem lis est de *jure acquisito*, ad duas quaestiones res omnis revocatur, *alteram*, factum sit aliquid, quo nitatur acquisitio, aut legitimae acquisitionis opinio, unde *probatio facti*, *alteram*, iuste factum sit, nec ne, unde *probatio juris*.

*) Illudretur jure commato *aequalitatis*, *libertatis naturalis*, *bonae existimationis simplicis*, jure quoddam commato (externo) *ignorantiae et erroris*.

§. 348.

Si factum sit aliquid, nec ne, quaeritur, tu aut *tuum* aliquid *factum* negas, quo obligationis vinculum quoddam tibi iniectum esse, alter affirmat, aut *alterius*, quo jus quoddam se acquisivisse contendit. Utinque non tibi, sed factum aliquid esse, affirmanti incumbit probatio. Ibi enim hinc *libertatis naturalis opinione* (praesumptione)

§. praec.

§. praec. *hic* iusta facti alieni ignorantia.
(§. ead.)

§. 349.

*De proba-
tione juris.*

Quodsi vero de iustitia facti cuiusdam, cer-
ti ipsius quidem, disceptatur; tu, iuste te
fecisse, contendens, munitus iure connato
bonae existimationis simplicis, et viri iusti,
ab onere probandi immunis, quod alter
sustinet; e diverso autem, si facti alterius
iustitiam negas, eodem alterius iure con-
nato, tibi probandi necessitas imposita in-
telligitur.

Traducantur haec, haecenus dicta (§. 348. et
349. ad locum de possessione. Nimirum 1)
ex iure connato bonae existimationis simplicis
hoc certe efficitur, ut, qui possidet, *iuste* pos-
sidere putandus sit. Sed illud, *iuste*, si quis
ego video, hanc ~~nam~~ vim habet, ut *bonae*
fides certe intelligatur, et ignorantia, non cul-
posa, non autem ipsam statim *verum* aliquod
jus (*privatio* oppositum) quo quippe alteri ne-
gato, nondum existimatio alterius simplex vio-
latur. *Iuste*, h. e. ita, ut laesus aliquis esse
a possessore dici nequeat.

Itaque 2) si possides jus aliquod, quod an-
tes alterius, aut maiorum ipsius, quorum hae-
res existit, fuisse, certo constat, hoc igitur a te
acquisitum esse, *affirmas*, adeoque tibi *per se*
incumbit proferte modum ac titulum (§. 346,
347.) quod quidem, si, jus quoddam *proxime*
ab altero in te derivatum esse, contendis,
cum de hoc facto satis tibi constare possit, ac
debeat, dubio caret,

Sed

Sed 3) ais, a maioribus tuis in te derivatum esse, tibi ipsi autem de initio, modo ac titulo acquisitionis maiorum tuorum, propter tantum, quod intercessit, spatium, non constare; te quidem iuste id ignorare, quis est, qui neget, adeoque cum omnis res redeat ad acquisitionem maiorem tuorum, hi ipsi quidem etiam gaudent bonae fidei opinione, ex jure existimationis bonae simplicis. Nihilo vero secius tamen maiores tui, et primi acquirentes, si viverent, obstricti forent ad excitandum modum ac titulum. Quod cum physice fieri amplius nequeat, ad ea autem, quae fieri nequeunt, nulla existat obligatio, profecto, qui a te postularret, ut probares modum et titulum, laederet et laedendi conatum ostenderet. Tu enim non es in culpa, quod memoria initii, modi ac tituli praesentis status possessionis oblitterata sit, sed potius alter, aut potius ejus majores, quod tantum temporis spatium praeterlabi passi sunt, ut de initio, modo ac titulo non amplius constet. Ergo non sibi, *possessionis immemoralis titulo munice, incumbit probatio iusti modi ac tituli, iusti initii*, sed potius te et maiores tuos tuetur praesumptio legitime factae acquisitionis, quam negantis esset, probare contrarium, per hanc ipsam §. quod si efficere non valet, possessoris jus probatum satis intelligitur.

§. 350.

Probato et ad liquidum perducto, quod ^{Probatio lisem finit.} probandum erat atque dubium, lis finita intelligitur, h. e. certum nunc factum, cuius sit jus, in controversiam antea vocatum. Est eius, qui causa cecidit, contra quem probatum est, acquiescere, nec eius *praesensio* *) ut barbare dicam, semel extincta, reviviscit.

Q

*) Prae-

*) *Præpendit* nimirum strictiori sensu jus quoddam, qui contra eius possessorem sibi, illud competere, contendit.

§. 351.

*Amicabilis
compositio.*

Probatione autem frustra tentata, *litis compositio*, alio modo, consensu litigantium, h. e. pacto tentanda, nec dum in alterum alteri jus violentiæ datum intelligitur. Hinc experienda inprimis *amicabilis compositio*, (quæ, *latius dicta*, est quilibet modus litem, nulla vi interveniente, finiendi, *strictius* vero, *litis compositio* gratuita, cum onerosa sit *transactio*, promissa utrinque aliquo, aut dato et retento) aut *compromisso* quoddam de ratione finiendæ litis statuendum est.

Zinck (Io. Chrn.) de amicabili compositione, nec non de differentiis inter transactiones et pacta remissoria. Marb. 1741. 4.

§. 352.

*Compromissum late,
strictè, bellum
decisivum; fors,
arbitri, laudum
super-arbitr.*

Compromissum late s. d. est pactum, quo inter litigantes convenit de modo quoddam dirimendæ litis, qui est aut certamen aliquod, unde *bellum judiciale*, s. *decisivum*, aut *fors*, *) aut (compromisso strictè s. d.) sententia tertii cuiusdam, *arbitri*, (ab *arbitratore*, mediatore, hac mente assumpto, ut sua sententia, tanquam consilio, *litis compositionem* adiuvet, distinguendi,) cuius sententia, *laudo*, stare litigantes sibi quidem, vi compromissi, non autem per se ipsi arb.

arbitro, obstricti videntur, nisi hic ea tantum lege arbitrium receperit. Pluribus arbitris fieri potest, ut *superarbitrator* iungatur, cui tributum sit arbitrium, si plures illi in laudo dissentiant. *Nemini arbitrium se obtrudere fas est.* **)

*) *Junius* (Frid. Aug.) diss. de sorte, remedio subsidiario causas dubias dirimendi. Lips. 1746. 4.

Tesmarus (Io.) disp. de sorte. Marb. 1676. 4.

**) *Felz* (I. H.) excerpta controversiarum illustrium de arbitris, Argent. 1707.

Ludovici (Iac. Fr.) diss. de effectu et obligatione laudi. Hal. 1711.

Boehmer (Ge. Lud.) diss. de superarbitris, vulgo von Obmannen. Goett. 1744. et in *Elect. Iur. Civ. T. I. n. 14.*

§. 353.

Ad componendam litem remotius, sed tamen faciunt *congressus, colloquia, tractatus*, coram aut scriptis, imprimis *mediatores*, qui opera sua et consilio amicabilem compositionem promovere student. Nemini, invito utriusque litigantium *mediatorem se obtrudere, fas est*, neque vero et in mediatoris sententia, quomodo lis finienda, acquiescere tenentur. Sed fac, alterum *mediationem* aequasque conditiones oblatas accipere, alterum *recusare*, nihil impedit, quo minus

Mediatio.

Q 2

media-

mediator alteri, qui aequiorem se praestet,
contra alterum se jungat;

Willenberg (Sam. Frid.) de arbitris et media-
toribus, Gedan. 1706. 4.

Cocceji (Henr. de) de officio et jure media-
torum pacis. Franc. ad Viadr. 1702. 4.

S E C T I O III. D E B E L L O A C P A C E.

§. 354.

Hospitalitas, cum inimicitia non eandem,
bellum, pax, interpretatur conatum declaratum vim al-
Ius belli. teri inferendi. *Bellum*, late s. d. est *status*
mutuae hostilitatis, sed et pro *actu*, ipsa cer-
tatione per vim, accipitur. *Ius belli*, *jus*
cogendi, *jus violentiae*, *jus mala alteri infe-*
rendi hic aequalia sunt. *Non datur* igitur
jus belli, in meum commodum suscepti, extra
collisionem, nisi adsit turbatio aut facta, aut
imminens. (§. 51 — 57. 78.) *Pax*, pro
statu accepta, intelligitur, si plane cessat
mutua hostilitas, adeoque conatus NB. de-
claratus vim invicem inferendi. Sed et
praeterea accipitur pro *pacto*, quo bellum
aliquod pro finito declaratur, causa belli si-
mul decisa. *Status naturalis absolutus est sta-*
tus pacis, *status belli semper hypotheticus*.
Quid autem sit, quod *Hobbesius* statum na-
turalem esse dixerit statum belli omnium
con-

contra omnes, ex interiore ipsius disciplina, dicatur paucis, et primo falso principio patefacto, refellatur.

§. 355.

Bellum, si id spectetur, quod propositum est, aut est *decisorium* et iudiciale, in cuius exitum, compromisso late l. d. partes litigantes decisionem controversiae, seu causae dubiae, contulerunt, aut *illud*, quo persequor ius meum certum. Hoc aut in meum commodum gero, aut aliorum. Ibi, si in collisione suscipiatur, citra omnem, quae subesset, laesionis factae, aut imminens, causam, *necessarium*, *) sin minus, *voluntarium* vocatur, quod sine laesione aut facta, aut imminente non intelligitur, (§. praeci.) adeoque aut *reparativum* foret, aut *defensivum*. **) Utrique junctum esse potest bellum aliquod *punitivum*, seu *vindicativum*. (§. 336. 342.) Sed et loquuntur de bello, *nude punitivo*, cui proposita est *mera correctio alterius* (***) omni laesionis, aut factae, aut imminens, titulo subtracto, adeoque in commodum aliorum, sed illorum ipsorum, quibus bellum infero, quale inter aequales, per superiora, non datur. ****) (§. 56.) In commodum aliorum, seu pro aliis quoque geritur, quod *pro locis suscipitur et auxilii causa*. ****)

Belli divisio pro scopo.

*) Veluti, si fas esset, ob incrementum potentiae tremendum, licet iuste accedens, sublata omni laesionis imminens iusta suspicione, ut tamen remotissimis temporibus prospiceretur, bellum inferre, de quo in *lure gentium*.

*) *Defensivi belli nomen ambiguum. Illustrati-
ma est belli in offensivum, et defensivum divi-
sio. Sed et haec incertae potestatis. Nunc
enim offensivum illud intelligitur, quod ab ag-
gressore, defensivum, quod a defensore geritur,
ita, ut illud semper injustum, hoc justum sit ra-
tione causae, tamen si injustum fieri queat ratione
modi, si limites defensionis excedat. (§. 243.)
de quo deinceps. Sed in genere justorum bel-
lorum interdum quoque offensivum ac defensi-
vum ita distinguitur, ut illud sit, quo exigi-
mus perfecte debita, et reparationem damni,
cum cautione de non offendendo in posterum,
hoc autem, quo retinere laboramus, ac defen-
dimus, quae nostra sunt.*

Conf. *Anonymi* Abhandlung vom Unterschied
der Offensiv - und Defensiv - Kriege.
1756. 4.

**) Longe alia adhuc vis est *belli punitivi*, sed
non magis *justi*, cui non proposita est *emenda-
tio* illorum, quibus infero, sed *punitio* (in terri-
tionem aliorum) *ejusmodi visiorum*, quae tamen
non involvunt *laesionem* aliorum, veluti *idolatriae*
nefandae, *incestuosorum matrimoniorum* etc.

****) Conf. in diversas partes :

Schmidt (Io.) de bello punitivo. Lips. 1714.

Ribov (Ge. Henr.) progr. de bello poenae.
Goetting. 1744. 4.

Tittel (Gottl. Aug.) de correctione per vim
et arma inter gentes. Carolsr. 1771. 4.

Darjes im Discours über sein Natur- und
Völkerrecht, ad §. 365. in obs. I. N.
T. II. obs. 66. et in dissert. de causis bel-
li

li pro aliis suscipiendi. Francofurti ad Viadr. 1769.

Quistorp (Io. Ge.) diss. de bello punitivo, de secundum ius Naturæ hæc illicito. Rost. 1757. 4.

Rave (Iac.) Untersuchung über die Rechtmäßigkeit der Straf-Kriege unter Völkern, in seinen Versuchen aus dem Rechte der Natur. Pag. 75.

S. 356.

Iustum aut *iniustum* aliquod bellum intelligitur, aut si spectas *causam*, aut ratione *habita modi*. *Illud* metiendum ex regula *) *Belli iustitia et iniustitia.*
(S. 354.) In hoc autem videndum; ne abundantia adhibeantur remedia, sed sufficientia tantum; ut igitur quod causa sua iustum est, modo iniustum fieri queat. (S. præc. not. **). Sunt autem remedia omnia in bello (non iudiciali) iusta et licita, quibus ad indemnitatem et securitatem opus est, hostisque vires infringuntur, **) *vis occulta* pariter ac *manifesta*, nec illa exentum censerit debet ullum aliquid, quod est suum lædentis, unde etiam *occupationis bellicæ* iustitia. ***)

*) Dicatur de causis belli *suasoriis* et *justificis*, et

Conf. *Cocceji* (Henr. de) de belli iustitia. Heidelberg. 1675. et in exerc. T. I. n. 14.

Lunden (Adolph. Ge.) de bello licito eiusque suscipiendi causis. Helmst. 1675.

Q 4

Roth

Roth (Io. Chr.) de iustis bellorum causis.

Schwarz (Io. Chrph. Ion.) de causis belli.

Schott (Cph. Frid.) dissert. de iustis juris bellum gerendi et inferendi limitibus. Tub. 1758. et in ejus dissert. Iur. Nat. Tom. I. p. 249.

**) *Cocceji* (Henr. de) de armis illicitis. Franc. ad Viadr. 1698: 4. coll. *Sam. de Cocceji* ad Grot. L. III. c. IV. §. 15.

Zentgrau (Io. Ioach.) de armis, in bello prohibitis ad Grotium L. III. c. IV. §. 15.

***) Praelibetur quaestio, in Iure Gentium copiosius excutienda 1) An *occupatio bellica* sit modus acquirendi ipsius *dominii* rerum hostilium occupatarum, *mobilium* et *immobilium*? et quomodo que rerum, ab hoste occupatarum, *dominium* amissum esse dici queat? et conf.

Hartmann (Io. Zach.) de occupatione bellica, acquirendi domini non modo. Kil. 1730. 4.

Meermann (I. F.) Abhandlung vom Rechte der Eroberung nach dem Staats- und Völkerrecht. Erf. 1774. 8.

Richter (Io. Tob.) de mobilibus priuatorum rebus, inter arma captis. Lips. 1746.

Nettelblatt §. 1533.

Schwartz dissert. de jure victoris in res devictorum incorporales §. 19.

2) Ad *res* suum hostis cum etiam pertineant *jura pactitia*, ex pactis, ante bellum exortum nobiscum initis, neque haec intacta et inviolabilia

bilis intelliguntur, nisi suis ipsius aliquis belli, inter nos forte exituri, ratione inita.

Plures quaestiones, magis proprias, explicandi locus erit opportunior in iure Gentium universali, veluti de indictione belli, declaratione, de proditoribus, subditis, ad seditiones movendis, percussoribus, idque genus alias.

§. 357.

Hofles sunt 1) *ipsi belligerantes principales*, quorum sua causa agitur, qui si ex altera parte plures sunt, quibus communis belli scopus propositus est, *belli confortes* vocantur, 2) *minus principales*, seu *socii et auxiliatores bellici*, h. e. hi, qui alteri parti aliquid *) praestant, quo illius vires augentur, eo ipso quidem vires alterius contra alterum augendi *directo animo et consilio*. Itaque, ut hoc unum addam, qui non magis huic praestat, quam alteri parti, sed ad idem praestandum, permittendum et alteri paratum se ostendit, auxiliator bellicus non est, neque adeo hostis. Hic enim non intelligitur *animus causam alterius contra alteram juvandi*.

Socii bellici

*) Sunt, qui, ut auxiliator bellicus existam, sponte illud praestari debere, putent, h. e. ita, ut neque *physice* coactus, quod quidem per se patet, cum hic animus alterum juvandi non intelligatur, neque *moralis* aliqua necessitate, veluti ex pacto, ante bellum exortum inito, adstrictus fuerim. In quo quidem secus mihi videtur. Fac enim, te ante bellum, inter quosdam exortum, promisisse alteri, in eventum belli, contra quemcunque, *omni visum commotione* te adfuturum esse, eo ipso promissisti, alteri te auxiliatorem belli hostemque alius cuius-

Q 5

cuius-

ti de officiis innocuae utilitatis, negatis, aus concessis, de commerciis versus cum hoste nostro, de certo militum numero, aut certa pecuniae summa, sic eventus belli, ante bellum exortum, promissa, de omnibus neutralium rebus, quae bellico apparatusi propius inserviunt,

*) Forte haud otiosa fuerit neutralitatis omnimoda, et respectiva distinctio.

Conf. *Frankenstein* (Chri. Godof.) differt. prior, de his, qui neutras in bello partes sequuntur. Lips. 1687. 4.

Neumayr von Ramsta (Io. Guil.) von der Neutralität und Assistenz, oder Unpartheylichkeit und Partheylichkeit in Kriegzeiten. Erf. 1620. 4.

Carnou (Jac.) Reflexions sur le Droit de la Neutralité. Weimar. 1744. 4.

Anon. Rechtliches Bedenken über die Natur, Eigenschaften, und Wirkungen der Neutralität, auch unterschiedene daraus fließende besondere Fragen. Francf. und Leipzig 1746.

Muhrbeck (Io. Chrph.) de Jure neutralium in bello. Gryph. 1771. 4.

*) *Houffst* (Henr.) de Jure et officio quiescendi in bello. Lugd. Bat. 1768.

Quomodo
tractandi
sint, qui neu-
tras sequun-
tur partes.

Per se, qui medius est in bello, illi eiusque rebus vim inferre et mala, hostilitates contra illam eiusque res exercere fas non est. Sed tamen tempora incidere possunt, ubi, vi etiam, impedire licet, quae alius, salva ceteroquin neutralitate, hosti nostro praestitisset. Sed haec dilucidius forte disputabuntur in eo, qui est de *libertate commerciorum*, bello exorto, in Iure Gentium un. loco.

Conf. interea

Cocceji (Henr. de) diff. de jure belli in amicis. Franc. 1697. 4.

Pactis quoque neutralitatis limites interdum constituuntur voluntarii, magisque circumscripti, ut caveantur de neutralitate servata, aut violata, lites.

§. 360.

De belli exitu et pace.

Sinistro belli exitu ipso hostis devictus jus suum non amittit. *Victoria* per se non finit litem, nec habet vim rei iudicatae, nisi aut *compromisso*, veluti in bello *decisorio*, ita conventum fuerit, aut *pax* accedat, pro pacto accepta, quo bellum pro finito declaratur, et causa belli simul deciditur.

Dicatur

Dicitur adhuc in praefectionibus

- 1) de obligatione servandae pacis, cum hoste etiam injusto initae. Coll.

Haepfuer in Naturrecht §. 136. et 236.

- 2) de aliis partibus bellicis, h. e. cum hoste ini-
tis, illorumque religione. Coll.

Cocceji (Sam. de) dissert. Prooem. IX.
cap. XII.

- 3) de Amnestia Coll.

Cocceji (Henr. de) diff. de postlimi-
nio in pace et amnestia. Heidelb.
1691. recus. 1712. Franc. ad
Viadr.

- 4) de repressaliis et retorsionibus str. s. d. quid
differant?

Repressaliae nimirum vocantur, si certae al-
terius res, aut personae, capiuntur, aut
detinentur, dum de jure violato satisfactum
fuerit. In quo genere est *Anthropo-
lexia*.

Retorsio autem dicitur, si, quo alter jure,
sibi viso, contra me usus est, et ego vi-
cissim adversus illum utor, in quo genere
distinguunt *retorsionem juris injusti*, s.
laesionis, violationis officii perfecti, a *re-
torsione juris iniqui*, s. molesti.

5) de

5) de *jure postliminii* occupator generalis quaedam.

Jure postliminii res et personae, ab hoste captae, sed ab eius potestate liberatae, ad pristinum dominum redeunt, et in pristinum *statum* restituuntur. De eo pluribus in *Jure Gentium*.

FINIS

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS,
STRICTISSIME SIC DICTAE



IVRIS.

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO SECVNDA.

IVS NATVRAE SOCIALE

GENERALE.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 309

LECTURE NOTES

IUS NATVRAE SOCIALE GENERALE.

CAPVT I.

DE SOCIETATE IN GENERE.

Conf. Wolfii (Christ.) *Ius Naturae, methodo scientifica pertractatum* Tom. VII. 1747. 4.

Koehler (Henr.) *Iuris socialis et gentium, ad ius naturae revocati, specim.* VII. Ionnae 1735. 4.

Langemack (I. E.) *Allgemeines gesellschaftliches Recht.* Berlin 1745. 8.

Meiers (Georg Frid.) *Lehre von den natürlichen gesellschaftlichen Rechten und Pflichten der Menschen.* I. Theil. Hal. 1770. II. Th. 1773. 8.

§. 361.

Sunt, *) qui *societatem* **) esse interpretantur quemcunque *sintum, ex quo* ***) *personae in personam competat us perfectum affirmati-*
R vum

Societas quid?

unum, ***) quocunque demum modo illud jus mihi tributum sit, nec ratione habita *consensus et voluntatis alterius*, in quem mihi competit. ****)

Alii *) e diverso, societatem sine *consensu*, (adeoque sine *pacto* quodam,) intelligi posse, negant, sive vi iusta extortus fuerit, sive plane voluntarius, sive alter ad consentiendum per se perfecte obstrictus fuerit, sive minus. Atque horum quidem sententia magis consentanea videtur communibus de societate notionibus, modo ne putetur, illum ipsum consensum esse oportere plane voluntarium, sed et illam esse societatem, ad quam ineundam alio quodam ex capite perfecte aliquis obstrictus tenebatur, et ab initio durioribus forte compellendus erat.

Est igitur illa, quam nos volumus, societas personarum, duorum pluriumve coniunctio, quo ad finem quendam communem, **) non transitorium illum quidem, *alteri alter*, ***) *perfecto jure*, ****) obstringitur; ita, ut tamen illius veritas intelligatur, in omni societate personae in personam esse jus quoddam perfectum affirmativum.

*) Perill. *Darjes* Instit. Jurispr. Nat. §. 521. collatis sermonibus eius ad h. l.

**) *Societas negotiarioris*, quae in loco de contractibus simpliciter *Societas* dicitur, est pactum de rebus, vel operis honestis, conferendis ita, ut pro ejus, quod quisque contulit sui, ratione suam quoque lucri partem ferat ac damni.

Puf-

Puffendorf L. V. c. VIII.

***) *Ius autem ex statu* alicui tribuunt, alterumque, definiunt, *ex statu obligatum esse*, si ex jure et obligatione ad finem quendam, *non transitorium*, jus et obligatio existit ad ea omnia, quae scopus pro qualibet temporum ratione exigit et exigere videtur.

Finis non transitorius ille est, qui non una alterave actione certo jamjam et *absolute* obtinetur, sed continuatas actiones et operas requirit, veluti ipsa *procreatio*, et multo magis *educatio scholaris*; porro scopus civitatis, felicitas publica externa,

****) Societas igitur hominum universalis (nisi ad imperium divinum universonum genus humanum, partem civitatis Dei, referas) ex hac quidem societatis forma constituta, nulla est.

Conf. *Cocceji* (Sam. de) dissert. prooem. I. Sect. II.

****) Veluti, si quis renitens, nec unquam consentiens, ab altero justa vi cogeretur ad operas ipsi praestandas, damni reparandi ergo, donec satisfactum sit. Est ille potius status durantis hostilitatis, quam societatis.

*) Veluti *Puffendorf*, variis locis, *Achenwall* P. II. §. 9. 72. *Feder*, aliique.

**) De *his* hoc *communi* dispiciendum paullo securatius. Ac 1) quidem communem esse oportere hactenus, ut ad illum singulorum sociorum atque omnium actiones referantur, (*positivo* aut *negativo* certe) facile quisque dederit. Sed si 2) communem hunc finem eo interpretaris, ut, quod illo continetur, commodum ad singulos pertinere debeat, falso hoc sumi videtur, cum scens se res habeat in societate herili, tametsi 3) et hoc largiamur, iis ipsis locis, qui in

R 2

aliqua

aliqua societate mediorum quasi ad scopum societatis numero tantum sunt, ab ipso societatis scopo exclusi, aliquid tamen commodum propositum esse debere, quo, nisi societate hac inita, caruissent, quod etiam cernitur, ut in omni, ita in illa ipsa hecili societate, quam, licet coacte, aliquis tandem iniit, ad satisfaciendum creditori, aut laeso.

) Obtinet illud etiam in societate, quae a tertio constituta est, ut tamen sociorum alius alii ad aliquid perfecte obstrictus sit, immo et in illa societate, cuius scopus ad alteram tantum partem pertinet, cum tamen alteri etiam vicissim aliquid commodum debeatur, ex not. praec. () n. 3.

***) Hinc societatem, quam quidam loquuntur, imperfectam, in qua socii imperfecto tantum sibi jure obstringerentur, non intelligo.

§. 362.

Singula societatis membra, *socii*, alii *Socius A, B, extranei.* omnes *extranei* vocantur, ad societatem relati. Socius, quatenus jure in alterum gaudet, A, quatenus alteri obstrictus est ad aliquid, B, brevitatis causa vocabitur. Quilibet igitur socius est socius A. et B. simul. §. praec. not. (***) n. 3. et not. (***)). *Tota societas est una persona moralis.*

Noscitur, aliud aliquid esse, in societate vivere et socium esse, aliud aliquid *socialiter vivere.*

Membra societatis alia *vulgaria* sunt, alia *non vulgaria.*

§. 363.

§. 363.

In omni societate libertas naturalis socii *Libertatis*
 B, qua talis, semper aliquo modo restricta *naturalis so-*
 intelligitur, tum per *ius perfectum affirmati-*
uum socii A, qua talis, (§. 205. 206.) *ii B. Pri-*
 tum etiam per alia *jura negativa secundi ge-*
neris, (ibid.) cum omnes sociorum actiones *tio natu-*
 et *negative referri* debeant ad scopum so- *lis et consim-*
 cietatis (§. 361. **) adeoque multa nunc omit- *gens.*
 tendenda sunt, quae ex libertate naturali iuste
 aliqui socius suscepisset. *Limites hos liber-*
tatis naturalis socii B, qua talis, quousque
 ipsi societatis scopo necessario consequentes
 intelliguntur, *naturales*, reliquos *contingen-*
tes et *voluntarios* dixeris, qui non repu-
 gnant scopo, neque vero tamen ipsi cum
 illo necessario cohaerent vinculo, adeoque
 nituntur pactis, aliisque legibus et institu-
 tis voluntariis, iis ipsis tamen ad scopum re-
 latis, consuetudine, analogia aliarum socie-
 tatum, ad cuius imitationem aliqua manifesto
 inita est, et expressa. In omnibus, quae se-
 iuncta sunt a fine societatis, libertas natu-
 ralis reliqua esse, praesumitur, seu, sunt
 illa per se et naturali jure *socialiter indif-*
ferentia.

§. 364.

Sed eadem quoque ratione juris socii A, *Limes juris*
 qua talis, est modus quidam, sunt certi fi- *Jocii A na-*
 nes, qui tum ex ipsius scopi ratione et am- *turalis et*
 bitu, tum ex voluntariis institutis, metien- *consingens.*
 di, adeoque ipsi etiam aut *naturales* sunt,

R 3

et

et *necessarii*, aut *voluntarii* et *contingentes*, nec ad ea porriguntur, quae sunt socialiter indifferentia.

§. 365.

*Unde jura et obligatio-
mer sociales
judicantur.* In iuribus igitur et obligationibus socia-
libus judicandis, si ab iis, quorum princeps
ratio habenda est, a pacto sociali, aliisque
voluntariis institutis, legibus, consuetudi-
nibus, discefferis, omnia revocantur ad scopum
et consilium, quo societas inita est. Iura
et obligationes sociales aliae *expressae* sunt,
et *explicitae*, *tacitae* aliae et *implicitae*. Ac
tacite quidem socius ad ea omnia sese ob-
strinxisse putandus est, sine quibus aut so-
cietas perdurare, aut scopus obtineri nequit,
modo physice et moraliter fieri queant,
neque adeo legibus naturalibus appetitus re-
pugnent, neque disertis conditionibus et
restrictionibus adiectis.

§. 366.

*Socius ne-
que pro lu-
bitu recede-
re, neque ex-
cludi potest
a societate.* Sic, ut unum illustrandi causa addamus,
socio pro lubitu et invitis reliquis, a societate
recedere haud fas est, cum, hac libertate pro-
miscue concessa, societas durare et salva ef-
se saepe non posset. Iusta igitur est opinio
et praesumptio, ad perpetuum se obstrinxisse.
Quibus autem temporibus datum sit socio,
vel invitis reliquis, a societate recedere,
deinceps disparabitur. *Neque magis pro lu-
bitu invitus socius a reliquis excludi potest.*

§. 367.

§. 367.

Non impedita ad scopos sociales, adeo-^{Salus socie-}
 que ad eadem illa, quae in nexu sociali ^{satis.}
 iuste expectantur et intenduntur, commo-
 da obtinenda, progressio *salus societatis; bo-*
num etiam commune vocatur, quale etiam
 dici potest in ea societate, ubi scopus socie-
 tatis princeps ad alteram tantum partem
 pertinere videtur, cum tamen alteri non
 minus commodum quoddam debeatur, ve-
 luti in societate herili. *Strictius* autem *bo-*
num commune in ea societate intelligitur, cu-
 ius scopus est commodum aliquod com-
 mune, et ad omnes pertinens. (Veluti in
 civitate felicitas externa.) Atque hic inpri-
 mis explicandum, quatenam fit *salus socie-*
tatis publica, quae *privata*, *perpetua*, aut
temporaria, et quatenus haec in pugna cum
salute publica posthabenda sit.

§. 368.

Est igitur *salus publica societatis* *salus to-*^{Salus publi-}
 tius, seu ut accuratius ac dilucidius dica-^{ca salus pri-}
 mus, cum totum sine singulis intelligi ne-^{vata.}
 queat, *salus ipsa singulorum*, hactenus pro-
 lata et in majus protracta, quatenus *salva*
salute aut *majori*, aut *plurium nobiliorum-*
que partium fieri poterat. *Salus autem pri-*
vata omnino, est quodlibet commodum *sin-*
gulorum, nulla adhuc ratione habitae pugnae
 et concursus cum *salute majori plurium aut*
nobiliorum partium totius.

*Salus pri-
vata perpe-
tua, tempo-
raria.* *Salus privata perpetua est eiusmodi ali-*
quod singulorum bonum atque commodum,
cui omnes illae, quibus in societate fruimur,
opportunitates comparari nequeunt, quasi
illud amissum, his tamen satis compensa-
tum videri debeat, cum potius nulla intel-
ligi queat illius amissi compensatio neque an-
tecedens, neque futura, *temporaria* e diverso,
quod contrarii generis est.

*Saluti pri-
vatae perpe-
tuae renun-
tium esse
nequit.* Atqui ut salutem meam privatam per-
petuam posthabeam aliis rationibus, fieri
non potest per insitum et insuperabile ve-
rae fecilitatis nostrae studium, seu physice
et moraliter hoc fieri nequit. *Neque igitur,
si qua unquam pugna existeret salutis meae
privatae perpetuae cum salute publica; ad illam
posthabendam tacite obstrictus videri potero.*
(§. 365.)

*Sed tempo-
rariae, et
quousque?* Alia est ratio *salutis privatae temporariae,*
cuius jactura aliis commodis (*antecedenter
aut consequenter*) compensata, aut compen-
sanda intelligi potest. Sed quousque tacite
renuntiatum sit, si quando pugna existat
temporariae alicuius salutis cum publica,
cum interdum facile perspici possit, plerum-
que tamen princeps atque dubium foret, ita
ut consultum sit, diserte a socio, et illud
onus sociale suscipi, eiusque limites definiri.

Quoad

Quoad nullam pugnam existit cum salute publica, et quo tempore omne adhuc officium servari potest, cuilibet socio fas est, suae salutis privatae omni ex parte inservire, suisque rationibus providere.

Transferantur haec haec hactenus dicta ad illam quaestionem judicandam, *quousque, si ipsa vita nostra agitur, potiores tamen esse oporteat salutis publicae rationes?*

Conf. *Moses Phaedon Illtas Gespraechi*, pag. 166 - 176. edit. 4. 1776.

§. 372.

Totius societatis, ad extraneos non relatae, interior igitur quaedam forma et constitutio, *politia eius*, *) *status publicus internus*, dicitur, quemadmodum externus est *status publicus externus*, *leges* totius societatis, ad extraneos relatae. *Leges fundamentales* sunt, quibus *politia* societatis instituta est, *fundamentales* sunt, (publicae) ita, ut et pactum ipsum sociale sit *lex fundamentalis*. Nulla igitur societas sine lege quadam *fundamentali*. *Negotia societatis publica* prouti aut ad *statum publicum internum* spectant, aut ad *externum*, ita *immanentia* sunt, aut *transcendentia*.

Status publicus internus, (politia) externus, leges fundamentales etc.

*) Alia est vis vocabuli *Politiae (Policey)* in iure publico *universali*.

§. 373.

Iura societatis cuiusdam a *iuribus singulorum*, *) five sociorum, five extraneorum, probe discernenda, sunt ea omnia, quae *immanentia* sunt, aut *transcendentia*.

Iura societatis, Iura singulorum.

R §

verlae

versae societati, tanquam personae morali, insunt, aut *immanentia*, aut *transseuntia*, (§. praec.) aut ipsi societatis naturae consequentia, *socialia*, **) (et si societas collegium sit, de quo suo loco, *collegialia*) aut proprio quodam titulo acquisita, *contracta*. ***) Eadem suscipi potest *partitio obligationum societatis*.

*) Sic jura sociorum in iis, quae *socialiter* sunt *indifferentia* et *media*, ex arbitrio agendi, jura, quae hoc illudve membrum societatis, singulari titulo sibi acquisivit, sive antea fuerint jura societatis, *socialia*, aut *contracta*, sive minus, sunt jura singulorum. Plura suis quaeque locis afferam. Conf.

Westphal (Ern. Chr.) disp. de jure singulorum. Hal. 1757.

**) Veluti *jus leges ferenda socialia*, *jus inspiciendi*, etc.

***) Veluti *dominium quoddam societatis*.

§. 374.

*Potestas et
regimen so-
cietatis.*

Intelligitur hinc, quae sit *potestas societatis*. Est nimirum *complexus omnium jurium societatis*, sive socialium, sive contractuum, sive immanentium, sive transseuntium, ipsius autem huius potestatis exercitium *regimen* vocari consuevit, sive ille ipse exercent, cuius est ipsa potestas, sive alius, isque aut jure proprio, aut administratorio. (§. 44. **)

§. 375.

§. 375.

Potestas aliqua societatis, alii non *subor-* *Potestas*
dinata, summa, dicitur, et prouti jura illius *summa, sub-*
 potestatis, aut ad quandam tantum scopi so- *ordinata,*
 cietatis partem propriam pertinent, aut non, *generalis,*
 ita *potestas specialis* a *generali* distinguitur, *specialis.*
 hac quidem cum aliis simplicissime ad tria
 capita revocata, *rectoriam, inspectori- am, exe-*
cutoriam; ita quidem, ut *rectoria* constitua-
 tur, quid actu fieri, vel non fieri conve-
 niat, *inspectoriae* autem patefiant, quae ge-
 rantur et fiant, vel non fiant, *executoriae*
 denique partes in eo versentur, ut ea ipsa
 efficiat, ut fiant, et non fiant, quae fieri
 vel non fieri, *rectoria* praecepit, aut omni-
 no conuenit.

Potestas in quo *resideat*, aut *residere possit*, pari-
 ter atque *regimen*, consideratis diversis societa-
 tum generibus, optime disputari potest.

§. 376.

Imperium societatis pars potestatis socie- *Imperium*
 tatis, est jus proprium, (idque cogens) *societatis.*
 dirigendi *actiones* sociorum ad ipsum socie-
 tatis scopum, adeoque pro ratione salutis
 publicae, ut igitur nulla societas intelli-
 queat sine imperio, *) et quemadmodum
 ipsam potestatem a regimine cogitando se-
 iunximus, ita idem liceat de parte potesta-
 tis, imperio. Prouti vero ille, qui imperio
 propositus est, scopus aut est *utilitas totius*
societatis, aut *imperantis tantum*, aut *ipsius,*
 qui

qui paret, ita imperium aut *sociale*, aut *herile*, aut *scholasticum* et *correctorium* dicitur.

*) *Strictius* in societate inaequali imperium dicitur, de quo paulo post. De *directorio*, quod vocatur, et *juribus directorialibus* in loco de societate aequali.

S. 377.

De rebus, ac
dominio so-
cietatum.

Res societatis publicae, a rebus *singulorum*, sive *sociorum*, sive *extraneorum*, distinctae, eas omnes esse interpretamur, quae sunt in *dominio vel quasi universae societatis*, eaeque, si tamen usus illarum singulis concessus est *) *res societatis strictius tales*, sin minus, *res patrimoniales societatis*; rerum vero societatis complexum *patrimonium* eius dixeris. Ea autem aut ex rebus societatis patrimonialibus, aut ex *singulorum* rebus, *redituum* pars, quae in pecunia numerata consistit, societatis oneribus ferendis destinata, *aerarium* est *societatis*, (*fiscus*) **).

*) *Ius usendi rebus societatis* str. j. d. est *jus singulorum*.

**) Quamquam alias *sejunctae* sunt utriusque partes.

S. 378.

Leges socie-
tatis.

Vt omnino, ita et societatis aliquis *leges*, vi *rectoriae potestatis latae*, aut *promulgatae*, aut *naturales* sunt, aut *positivae*, eaeque tam *materiahter*, quam *formaliter tales*, et ipsius *principii cognoscendi* ratione *habita*.

bita. Cumque salus singularis cuiusdam societatis exigat, non eorum tantum, quae certo, necessario, ac semper, sed eorum quoque rationem haberi, quae probabiliter, facillime, et ut plurimum eveniunt, metuenda, aut speranda, cum porro naturalia, quae dicuntur, actionum confectaria non omnibus eam, quam par erat, vim adhibeant, sed aliis calcaribus ad multos opus sit, tandem ne ea quidem quilibet socius semper perspicacia polleat, ut vel tantum leges materialiter naturales societatis suo Marte inveniatur, efficitur, *vix esse posse societatem singularem sine legibus positivis, quamcumque demum harum formam intelligas.* (§. 83 — 87.)

Neque illis legibus, quas §. 83. positivas *κατ' ἐξοχήν* diximus, carere potest societas propter ordinem et uniformitatem quandam.

§. 379.

Quamquam societas antea non intelligatur, quam accesserit consensus, adeoque pactum, atque hac igitur ratione omnis videatur esse voluntaria, ipsum tamen alterius in alterum jus et obligatio, perfecta affirmativa, ad scopum quendam non-transitorium, aut ex pacto demum orta sunt, aut iam antea aderant, pacto tantum agnita, ut socialis nexus existeret. Si illud, societatem dixeris *voluntariam*, si hoc, *necessariam*, cuius ratio aut immediate in lege quadam est, (perfecta illa quidem) aut in laesione. *Necessariis* illam quoque imputare licet, *quae jussu et imperio cuiusdam inita,*

1.

h. quae a tertio quodam ita constituta est, ut parendum fuerit, (nam si secus res se habet, plane voluntariae numero habenda est) veluti collegia quaedam in civitate.

§. 380.

Quomodo
societas tol-
latur.

Hinc etiam perspicitur, qua ratione societas ipsa, valide quidem contracta, rursus tollatur. Ac *primum* quidem, quod de omni jure vidimus et obligatione, ut aut ipso jure cesset, aut voluntate et consensu, idem valet de societate. Hinc mutuo consensu *dissolvi* potest; scopo obtento, aut, si in diem inita est, veniente illo die, *finitur* societas, eodemque modo, si scopus obtineri nequeat, *) (impossibilitate superveniente.) *Morte* etiam alterius, si duobus tantum sociis continetur, *solvitur*; ceteroquin, si pluribus, fere est immortalis, idque genus alia plura facile intelliguntur. Sigillatim vero ad *societatem voluntariam* illa omnia transferre licet, quae de pacto et jure pactitio tollendo superius explicata sunt. *Necessariorum* vero *illa* societas, in qua juris et obligationis ad finem ratio proxime *in lege quadam* est, cessante ratione legis, ipsa *finitur*, eodemque modo, *si in turbatione quadam*, sublato jure belli; si denique iussu et imperio tertii cuiusdam constituta est, huius ipsius voluntate *dissolvi* potest.

*) Quid si, pluribus scopis propositis, unus alterve amplius obtineri nequeat?

§. 381.

§. 381.

Socii alii *originarii* sunt, alii *adventitii*, *Socius qua*
 hique aut *recepti* demum, aut alio modo *ratione ali-*
 facti, ipso jure, veluti *per nativitatem*, *quis pas.*
 quae species an existere queat, alibi dispu-
 tabitur. In societate, a tertio constituta, jus
 recipiendi, aut ipsi societati tributum, (tan-
 quam *jus societatis contractum*) aut tertio ser-
 vatum esse poterit, ita ut non omnino ve-
 rum sit, *jus recipiendi esse in juribus societa-*
tis socialibus, cum possit etiam esse ex ge-
 nere *contractorum*.

§. 382.

Socius esse aliquis definit 1) societate *Qua ratione*
 ipsa sublata, 2) si recedit, *) 3) excludi. *esse definit?*
 tur. De primo vid. §. 380. Ad alterum
 vero quod attinet, aut ipso jure *recedit*,
sensu strictiori, aut consensu alterius partis,
dimittitur. Sed de hoc ipso *jure recedendi*
 pariter, et, quod tertium erat, *excludendi*
(excommunicandi sensu latiori) dicendum paul-
 lo plenius. **).

*) *Hand. negamus*, fieri posse, ut, recedente socio,
 ipsa societas tollatur, veluti, si societas est
 simplex duorum tantum membrorum. Sed de
 socio hic dicimus, qui recedit, ipsa societate
 subsistente.

***) Quod quo dilucidius fieri queat, antea expo-
 nendum de jure socii laesi, et societatis lae-
 sae in laedentem.

§. 383.

*Laesio soci-
tatis, socii,
activa pas-
siva.*

Laesio socii, h. e. singulorum, neque passiva, neque activa, illico pro laesione societatis habenda est.

Quodsi vero socius, qua talis, h. e. in iis, quae spectant ad scopum societatis, aut nomine et auctoritate societatis agens, eamque quasi referens, laeditur, aut societas, cui tamen jus est singula membra tuendi, ut satisfiat socio laeso, exigens, repulsam ferat, laesionem socii, et singulorum passivam, ut laesionem univērsae societatis spectare licet.

Consimili ratione, si socius nomine et auctoritate societatis, eaque consentiente, aliquid suscepit, aut societas, quae fecit, approbat, nec ad satisfaciendum laeso socium adigit, quod singuli fecerunt, universos sociisse putandum est, seu: factum socii est facti societatis numero ac loco habendum.

§. 384.

*Jus socii
laesi.*

Socius aut ab extraneo laeditur, aut a socio, aut a societate. Laesio aut facta est, aut imminens. Atque contra extraneum quidem ea, quae in statu extrasociali obtinet, libertas naturalis suo Marte exercendi juris indemnitate et securitatis, per se restricta non intelligitur.

Sin autem a socio laeditur, aut laesio ipsi imminet, nisi ex mora periculum, jus
armo-

armorum (§. 360.) quiescere, jusque ipsius societatis auxilio persequendum videtur, ex rationibus salutis publicae. (§. 365.)

Si tandem ab ipsa societate laesus fuerit, aut laesio indeclinabilis immineat, aut societas, ut de laesione, a socio illata, vel inferenda, socio satisfiat, et securitas praestetur, efficere aut non valet, aut recusat, non tantum a societate recedere licet, sed et jus armorum reviviscit.

§. 385.

Laedit socius aut socium, aut societatem, *Ius societas aut extraneum. De ultimo conf. §. 383. ris in socium laedentem.*
 Quod autem attinet ad primum et secundum, utrinque societati tributum jus est exigendi satisfactionem pariter, et securitatem praestandi, adeoque jus puniendi, jus poenarum provisoriarum, quo pertinet etiam jus excludendi, immo ipsorum jus vitae et necis.

§. 386.

Quemadmodum in statu extrasociali con- *De jure vitae et necis.*
 tra, aggredientem, quemcunque mihi datum jus est defensionis violentae ad plenam usque securitatem, adeoque et jus occidendi, ita et societatis jus vitae et necis in singulos non *ex imperio, neque ex pacto* quodam per se competere intelligitur, sed ex ipso tantum jure defensionis et securitatis, ita quidem, ut tum demum ultimi
 S
 suppli-

supplicii jus tributum esse videatur, si aut alia ratione societas sociive tuti praestari nequeunt ab *ipso* alicuius socii aggressoris futuris conatibus, aut ad terrendos alios aliaminarum ac poenarum genera non satis momenti habeant, **) hac tamen lege, ut laesiones, quibus occurri debet supplicio capitali, non singulae, sed et licentia ipsarum non minoris mali rationem habeant, quam socii, supplicio extincti, iactura.

*) Qua tamen ratione ex imperio et pacto societatis vitae et necis societati tributum esse, dici queat, exponatur paucis.

**) Quod quidem ita se habere, *ratione et experientia* duce, merito adhibetur. Cf.

Caesar in *Denkwürdigkeiten aus der philosoph. Welt*. P. IV. p. 154. seqq.

§. 387.

Ius recedendi a societate Socio per se haud integrum esse pro habitum a societate recedere, dictum §. 366. Iure autem recedit, 1) si ad beneplacitum, et in diem societati nomen dederit. 2) Si a societate dolose laeditur, aut laesio imminet, quam alio modo effugere nequit. 3) Non autem, si laeditur tantum a socio nisi aut societas duorum tantum sit, et alter perfidiam committat, (§. 325.) aut satisfactionem et securitatem a societate non obtineat, aut obtinere nequeat, sed sibi ipse consulere debeat.

§. 388.

Excludi pro arbitrio socius a societate nequit, nisi *precario* receptus sit. (§. 366. 368.) ^{*Ius excludendi.*}
 Iure autem ipso *excluditur*, si ad finem promovendum plane *inhabilis* factus est, si *perfidiam* committit, (§. 325) adeoque si societatem *dolose* laedit, aut ipsi ab illo *laesio* intinnet, non vero statim ob *laesionem* quamcumque socii factam, aut imminenteam, nisi aut *satisfactionem* detrectet, aut *securitas* alio modo praestari nequeat, nisi *excludendo*.

Quaer. Cuius sit jus et dimittendi §. 382. et *excludendi*, et an semper eius, cuius est jus recipiendi? -

§. 389.

Liberas societates, quarum potestas et ^{*Ius sociale extraneum.*} quatenus alii potestati subordinata non est, invicem ad se relatae, ut personae morales, in statu quodam naturali et extrajuridicali degentes, devinctae sibi tenentur *Iure naturae strictissime* si d. singulorum, sive *absoluto*, sive *hypothetico*. Hinc ut quaedam certe, huic consequentia, summam attingamus, cuilibet societati fas est, non ferre, non committere, ut alia societas *iniusta* subsistat, sed providendi, ut *extinguatur*. Et, quemadmodum singuli quamlibet sui partem, quodlibet membrum, jure defendunt eo merito, sed et obstricti sunt, ne ulla ipsorum parte noceatur aliis, ita et cuilibet societati fas est, quodlibet membrorum suorum tueri, quod si laedatur, aut si laesio

immineat ab extraneo, alijs societatis mem-
bro, jure ab hac societate exigit, ut satis-
fieri jubeat, ac securitatem praestet, qui-
bus negatis officiis, factum loci pro facto
societatis habetur, et, quae socio illata est,
iniuria, ipsi societati contigisse putanda est,
(per superiora.) Consimili ratione, quem-
admodum in statu libertatis naturalis singu-
lis licet suo ingenio vivere, suasque ratio-
nes instituire, modo sibi temperent a laesio-
nibus, ita et cuilibet societati liberae fas est,
omnem suam *politiam*, pro arbitrio compo-
nere, salvis tantum juribus quaesitis aliorum,
nec alia societas hoc sibi arrogare debet, ut
huic negotio se immisceat.

*) Plura coram!



IVS NATVRAE SOCIALE GENERALE.

CAP. II.

DE DIVERSIS SOCIETATVM GENERIBVS.

§. 390.

Fieri vix potuit, quin societatem generatim considerantibus aliqua tamen diversitas iamiam observaretur, veluti *originis* (§. 379.) unde *necessariarum* et *voluntariarum* formae. Relinquitur, ut et *reliqua societatum varietas* praecipua summam explicetur, quantum pro scopo satis est. *Monitum.*

§. 391.

Ac infinita quidem illa, si spectetur eorum, qui propositi esse possunt, scoporum, non transitoriorum, iustorum, *natura* pariter atque *numerus*, ita ut *hic* alia *simplex* dici queat, *composita* alia, ratione scopi, *ibi* autem ea imprimis diversitas obijciatur, ut aut *commodum alterius partis* praecipue propositum sit, aut *commune*, et idem ad omnes pertinens, aut *plane extrinsecum*, ut ita dicam, (veluti tertii alicuius, a quo instituta societas.) Non atinet autem diversitatis huius signandae propria invenire vocabula. *Partitio ex scopo.*

Ratione
partium
proxima-
rum.

Alia ratione, ac praec. §. societas aliqua alia simplex, alia composita intelligitur, non pro numero scoporum propositorum, sed pro ratione membrorum, et partium proximarum, quae si singuli sunt, *simplex*, si ipsae societates, *composita* existit, (*minor*, ex simplicibus, *major*, et ipsa ex compositis effecta) in qua singularum societatum scopi proprii, aut sibi ipsis, aut exteriori alicui scopo et consilio subjiciendi sunt, ut recte definiiri videas a quibusdam *compositum* eam esse, *in qua societatum cernitur subordinatio quaedam*. Cave, putes, societatem, cuius aliquod membrum est etiam alius cuiusdam societatis socius, ob id ipsum et huius esse partem componentem. Ceterum, quae est ratio singularum in simplici, ea est in composita societatum particularium ad scopum communem et subordinantem.

Ratione
temporis.

Societas perpetua, (alia, ac *aeterna*) ad dies vitae a sociis imita est, cum *temporariae* termini eo usque non necessario porrigantur, sed aut ipatio, quod vita brevius iudicatur, vel expresse, vel scopi natura tacite constituto, contineantur, aut pro lubitu extendi contrahique possint. *Aeternae* autem societatis ea esse natura intelligitur, ut decedentibus sociis continuo succedant novi, ita ut sit *immortalis*.

§. 394.

Maximi momenti est societatum divisio *Societas aequalis*, et *inaequalis*. Atque *aequalis* qualis, collegium. (aequatoriae) quidem ea indoles est, ut eius potestas, aut regimen proprium, (374. coll. 44. **) (ergo et imperium, princeps potestatis pars quaedam §. 376.) non sit in parte societatis, h. e. uno socio, aut pluribus, junctis, sed aut universae societati communis, aut in extraneo quodam. Illius generis *aequales cum potestate*, huius vero *sine potestate*, haud incommode cum quibusdam dixeris. In aequalibus sunt *collegia*, *) societates simplices aequales plurium, quam duorum membrorum.

- *) Multo adductior et circumscriptior est vocabuli huius potestas in jure publico universali, ubi de *collegiis*, *universitatibus*, *corporibus*, dicendum.

§. 395.

Inaequalis vero, (rectoria) cum omnino *Societas inaequalis* illa omnis sit, cuius potestas, aut proprium perfecte, imperfecte, talis. regimen, est in parte societatis, h. e. in uno socio, aut pluribus, junctim sumtis, alia tamen *perfecte inaequalis* est, si potestas universa, aut, proprio nomine regimen, in illa parte cernitur, alia e diverso *imperfecte inaequalis*, si quaedam partes, potestate societatis comprehensae, universis adhuc reliquae sunt. Cuius igitur societatis *imperium* parti societatis tributum intelligitur, *inaequalis* est, certe *imperfecte* talis, et v. v.

De utraque societatum forma (§. 394. et 395.) deinceps plura. In societate inaequali obtinet *imperium stricte s. d. h. e. jus proprium* partis societatis de actionibus singulorum statuendi *pro arbitrio*, ex scopo tamen. Sed et de hoc imperio str. s. d. deinceps.

- *) Unum adhuc monemus, non omnem societatem, in qua huic illive socio praerogativa quaedam tributa cernitur, et excellentis, inaequalem esse, cum ista excellentia alia esse possit, ac potestas, aut regimen societatis proprium.

§. 396.

Soc. comp. asqu. et inaequ. ex aequ. et inaequ. Fieri potest, ut societas quaedam composita, ipsa aequalis, ex inaequalibus tamen efficiatur *), et aequalium confociatio ipsa sit inaequalis **) sed et aequalium aequalis ***) et inaequalium ipse inaequalis nexus socialis ****) intelligi potest.

*) Veluti *Systema Civitatum*, quae sunt *Monarchiae* aut *Aristocraziae*.

**) Veluti *civitas composita* ex pluribus *Democratias*.

***) Veluti *Systema civitatum*, quae sunt *Democratiae*.

****) Veluti *Civitas composita* plurium *Monarchiarum subordinatarum*.

§. 397.

Societas aequalis, an inaequalis, quid praemensus?

Societatem, libera sociorum voluntate initam, quamquam inaequalis esse possit, tamen aequalem esse, eamque cum potestate, iusta

justa opinio est, dum probetur contrarium. Quae vero *tertii* (extranei) *jussu* coivit, *ae-*
qualiter esse sine potestate, contendunt, adum
 de alio confetti. Quae autem *necessaria* est,
 aut *immediate* ex lege, aut *interveniente*
 facto quodam, *aequalis* sit, an *inequalis*,
 nisi ipsius abequeus ex hoc genere ratione
 habita, (in abstracto) constitui nequit.

IVS NATVRAE SOCIALE
GENERALE.

CAPVT. III.

DE SOCIETATE AEQVALI
SIGILLATIM.

§. 398.

In societate *aequali sine potestate* cum per
 se socii nihil possint in negotiis societatis,
 sed regantur ab eo, cuius est potestas, ex
 cuius igitur voluntate omnia gerenda sunt,
 de societatibus *aequalibus cum potestate* nunc
 potissimum dicere instituiamus.

Societas, absolute aequalis, eius generis, ut plane
 nullum socio alicui jus praecipuum, nullum plane
 praerogativa attributa sit, propter ordinem, et
 alias rationes vix intelligi potest. (Cf. §. 411.)

S 5

§. 399.

In soc. aequi- cum pot. om- nia fieri de- bent consen- su sociorum. In *societate aequali*, quam nos volumus, *potestas est in universis.* Quae igitur ex hac potestate constituenda sunt, ad scopum promovendum, adeoque in negotiis societatis, cum pro arbitrio alterius partis constitui nequeant, *consensu constitui oportet et voluntate societatis univ[er]sae*, sive expressa, et praesente, sive tacita, et antecedente. Inprimis vero ab incunabulis societatis non tantum *politia* quaedam omnino, sed inprimis *modus tractandi et expediendi negotia socialia*, *modus consentiendi validus*, et id genus alia, constitui convenit. Quae ipsae sunt leges societatis aequalis fundamentales, nec antea, nisi his constitutis, *una eademque omnium sententia, et suffragio*, *societas ipsa stabilita dici potest.*

§. 400.

Politia soci- etatis non singulorum jura existant, ipsam illam quidem nisi omnium consensu mutari potest. Cum ex ipsa *politia instituta multa etiam societatis voluntate tolli et immutari*, haud repugnat, salvo tamen jure quaesito singulorum, nec his refragantibus, nisi ea tempora sint, ut in pugna cum salute publica his ipsis singulorum *juribus, tanquam saluti privatae*, antecedenter et tacite renuntiatum esse intelligatur. (§. 365 - 371.) Sed hoc titulo non abutendum, ad defraudandos singulos, neque collisio quaedam fingenda, aut prima quaque commodi alicuius publici specie decipi convenit, cum *magis fere inter-*

interfit salutis publicae, singulorum iura et libertatem salva esse, quam his ereptis indignationis semina spargere, intenta ceteroquin rationibus publicis studia sociorum languida reddere, nervosque quasi incidere.

... 401.

Expedita igitur, quidam esse videtur sententia, et volubile in ore quorundam decretum, in aequali societate omnia geri voluntate societatis, conclusa. Sed cum societas sine singulis, et sententia societatis sine singulorum voluntate intelligi nequeat, quomodo ex his singulis efficiatur voluntas universae, disputandum copiosius, una eademque esse debeat singulorum, nullo dissentiente, utrum quod pluribus placeat illud omnibus tenendum sit, et quousque paribus sententiis quem res exitum habeat? etc. Dicendum igitur nunc de suffragiorum jure.

*Quae firmitas voluntas rati-
us societatis?*

Conf. omnino et instar omnium:

Cocceji (Henr. de) disp. de eo, quod justum est circa numerum suffragiorum. Francf. ad Viadr. 1705. 4. in disert. Voll. II. n. 36, et in Comment. ad Grot. L. II. c. V. §. 17-19.

Cramer (Jo. Ulr. L. B. de) progr. id, quod justum est, circa votorum disparitatem, ex pari suffragantium jure definiens. Marburg. 1734. 4.

Wolf

484
 -il Wolff (Chr.) in opere majore juris Naturae.
 -sup: P. VII. §. 62—129. sicut et in libro I
 dissertationum juris, §. 500, 501, 502, 503, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 510, 511, 512, 513, 514, 515, 516, 517, 518, 519, 520, 521, 522, 523, 524, 525, 526, 527, 528, 529, 530, 531, 532, 533, 534, 535, 536, 537, 538, 539, 540, 541, 542, 543, 544, 545, 546, 547, 548, 549, 550, 551, 552, 553, 554, 555, 556, 557, 558, 559, 560, 561, 562, 563, 564, 565, 566, 567, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574, 575, 576, 577, 578, 579, 580, 581, 582, 583, 584, 585, 586, 587, 588, 589, 590, 591, 592, 593, 594, 595, 596, 597, 598, 599, 600, 601, 602, 603, 604, 605, 606, 607, 608, 609, 610, 611, 612, 613, 614, 615, 616, 617, 618, 619, 620, 621, 622, 623, 624, 625, 626, 627, 628, 629, 630, 631, 632, 633, 634, 635, 636, 637, 638, 639, 640, 641, 642, 643, 644, 645, 646, 647, 648, 649, 650, 651, 652, 653, 654, 655, 656, 657, 658, 659, 660, 661, 662, 663, 664, 665, 666, 667, 668, 669, 670, 671, 672, 673, 674, 675, 676, 677, 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684, 685, 686, 687, 688, 689, 690, 691, 692, 693, 694, 695, 696, 697, 698, 699, 700, 701, 702, 703, 704, 705, 706, 707, 708, 709, 710, 711, 712, 713, 714, 715, 716, 717, 718, 719, 720, 721, 722, 723, 724, 725, 726, 727, 728, 729, 730, 731, 732, 733, 734, 735, 736, 737, 738, 739, 740, 741, 742, 743, 744, 745, 746, 747, 748, 749, 750, 751, 752, 753, 754, 755, 756, 757, 758, 759, 760, 761, 762, 763, 764, 765, 766, 767, 768, 769, 770, 771, 772, 773, 774, 775, 776, 777, 778, 779, 780, 781, 782, 783, 784, 785, 786, 787, 788, 789, 790, 791, 792, 793, 794, 795, 796, 797, 798, 799, 800, 801, 802, 803, 804, 805, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 814, 815, 816, 817, 818, 819, 820, 821, 822, 823, 824, 825, 826, 827, 828, 829, 830, 831, 832, 833, 834, 835, 836, 837, 838, 839, 840, 841, 842, 843, 844, 845, 846, 847, 848, 849, 850, 851, 852, 853, 854, 855, 856, 857, 858, 859, 860, 861, 862, 863, 864, 865, 866, 867, 868, 869, 870, 871, 872, 873, 874, 875, 876, 877, 878, 879, 880, 881, 882, 883, 884, 885, 886, 887, 888, 889, 890, 891, 892, 893, 894, 895, 896, 897, 898, 899, 900, 901, 902, 903, 904, 905, 906, 907, 908, 909, 910, 911, 912, 913, 914, 915, 916, 917, 918, 919, 920, 921, 922, 923, 924, 925, 926, 927, 928, 929, 930, 931, 932, 933, 934, 935, 936, 937, 938, 939, 940, 941, 942, 943, 944, 945, 946, 947, 948, 949, 950, 951, 952, 953, 954, 955, 956, 957, 958, 959, 960, 961, 962, 963, 964, 965, 966, 967, 968, 969, 970, 971, 972, 973, 974, 975, 976, 977, 978, 979, 980, 981, 982, 983, 984, 985, 986, 987, 988, 989, 990, 991, 992, 993, 994, 995, 996, 997, 998, 999, 1000.

Votum *Sententia locii*, qua talis, quid fieri, non
 quid, et eius fieri, velit, quatenus eius aliqua vis est
 genera. ad ipsum conclusum, est *votum*, *suffragium*,
decisum *) quidem, ac vere sic dictum,
 (cum et de *consuetudinibus*, *deliberativis* dicant,
 in propriis autem) *affirmativum*, (aut *negati-*
uum **) *categoricum*, et *purum*, aut *conditio-*
natum et *hypotheticum*, *simplex*, aut *composit-*
um, *virile*, unius, aut *curiatum*, plurium,
 iunctim ita sentientium, unum. In socie-
 tate aequali non tantum omnes *jure suffra-*
gii gaudere, sed et singulorum *virile* esse,
 ac *decisivum*, iusta est opinio, cum de con-
 trario constet.

*) Nonnunquam *votum decisivum* dicitur, quod
 loco cuidam praeter reliquis tributum eo tempo-
 re, quo paria sunt dissentientium suffragia, ut
 vincat haec vel illa sententia unius adjectae mo-
 mento, qui falso a quibusdam dicitur *Miner-*
vae-calculus. Conf. §. 406.

**) Singularis quoque alia est et adductior *negati-*
vi voti potestas, ut significet *jus vetus* alicuius,
 aut paucorum quorundam, suo dissentiu vim ma-
 jorum impediendi, in certis negotiis.

§. 403.

Concinnatio *Suffragia* dissentientia, difformia, (aut
 toto genere, aut specie et in quantitate tan-
 tum)

tant), sunt *iniqua* sunt, *paria*, aut *ine-*
qualia, *disparia*, adeoque *hinc* aut *majora*, aut
minora, ita tamen, ut, si plures quibus sen-
tentiis adsint, vota aut *absolute* *majora* pro
una, aut *respective* tantum intelligantur,
prouti aut reliquarum sententiarum patronos
iunctim sumptos, vincunt, aut singularum
tantum.

§. 404.

Ponderari dicuntur vota, si, quae sunt
saniora, spectatur. Atqui cum omnium ae-
quale jus sit, vota non ponderanda sunt,
sed numeranda, nisi, quatenus sententia
quaedam manifesto pugnat cum salute pu-
blica, suprema lege, aut aliis iuribus mani-
festis, adeoque laesionem aut societatis, aut
socii contineret manifestam.

Ponderare
vota.

§. 405.

In numero ineundo *coniunguntur* vota, quae
et quatenus ad plane idem spectant, (per
ipsam numerandi naturam) *separantur*, quae
contra se habent. Itaque conjungi nequeunt
contra reliquos vota, quae *genere* quidem *ae-*
dem sunt, sed *specie*, vel *quantitate* differunt.

Vota con-
iungere.

V. g. fac, tres pronuntiare, capite aliquem plecten-
dam, duos exilio perpetuo, duos exilio uno
sup. honorum puniendam esse, non licet secun-
dam ac tertiam sententiam conjungere contra
primam. Videatur

Grotius L. II. c. V. §. 19.

Cocceji

Cicero ad Manium 1. et dissent. sapient. Satis
 hic et conferatur.

Wolf 1. c. §. 88. 199.

§. 406.

Quid si vota
 aequalia
 sunt.

Iamque cum infinitae existere possint
 quaestiones, atque lites de jure suffragio-
 rum, his quidem ab initio legibus funda-
 mentalibus occurri. *convenit*. Sed nunc id
 agitur, ut inveniamus, quid in dubio va-
 leat, *citra* instituta voluntaria societatis, in
 quod *tacte* consensum videatur, quid *na-
 turale* sit, non ex *aequitate* regulis et *pru-
 dentiae*, sed *cogente* juris *necessitate*, salva tamen
 aequalitate, religiose colenda. Atque primum
 quidem, *si dissentientium aequalia sint su-
 fragia*, cum in neutram partem momentum
 existat, nihil agitur, sed potius ipsius cau-
 sae status et conditio pristina manet, si ma-
 nere potest, qui ipse est *calculus Minervae*; *)
 nisi forte in hunc ipsum eventum omnino
 ab *ipino*, aut *fortis* iudicium, aut *arbitri*
 cuiusdam constitutum, aut *socio* cuidam vo-
 tri, quod vocant, *decisorii* (§. 402. *) *prae-
 cipuum* jus concessum fuerit, quod vero per
 se non intelligitur, *perperam* a quibusdam
calculi Minervae nomine appellatum. Sin autem
 rei, qui erat, status manere nequit, aut re-
 petenda sententiarum, *rogatio*, ut forte vel
 uno aliqua momento *vincat* et *calculo*, aut
 alius ex aequalibus *labyrintho* exeundi mo-
 dus statuendus.

*) Dic-

*) Dicatur de natalibus vocabuli, quod ab ea specie, ubi, aequalibus condemnatum et absolutum sententia, reus absoluitur, traditum est ad omne illud genus, ubi res in primo statu manet, quia manere potest. Nescio tamen an revera illa sit species huius generis, et an eadem conditio maneat, si in dubio reus absoluitur omnino, non ab instantia tantum, quod

Conf. Boetius (Io. Hear.) diff. de calculo Minbrvae.

Cocceji diff. cit. ad §. 401. Sect. II.

Crimen (Io. Utr. L. B. de) diff. calculo Minbrvae suos terminos vindicans. Marburg. 1733: 42.

Wolff, l. c. §. 81. Inq.

§. 407.

Quaeritur, in sententiarum inaequalitate, quod plurimis visum, id omnes sequi teneantur, jure sociali naturali, n. e. an majora concludant, utrum, vel uno differente, infecta re discedendum sit? *) Ac primum quidem, quo quidam maxime nituntur, illud cum aequali sociorum jure pugnare, minime mihi verendum videtur, cum eorundem ipsorum, qui nunc vincuntur maioribus, idem et aequale jus sit, si ipsi aliquando fuerint in parte maiorum.

Deinde vero cum *Henr. de Cocceji* disp. cit. Sect. I. recte rationes mihi meas ita adducere posse videor. **) Confectum nempe

pe (§. 365.) tacite et antecedente consensu ad illud omne obstrictum teneri quemlibet locum, sine quibus salus societatis (§. 67-71.) consistere nequit. Huius autem interest, negotiorum societatis exitum aliquem esse, cuiusque expeditum, in negotiis imprimis, moram non ferentibus, nec deliberandi tarditate agendi occasionem elabi. Profecto autem id metuendum, si deliberationes continuandae repetendaeque forent, dum una omnium mens esset, atque consilium. Alio igitur modo exitus inveniendus, quem cum re iniqueat, ponderatis, consequens est, ut habeat, numeratis suffragiis, h. e. dicere, ob salutem publicam tacite omnes in id consensisse censendi sunt, sed et obstricti, ut in negotiis societatis vincat, quae pluribus placuit, sententia.

*) Conf. in utramque partem:

a) pro iure majorum:

Grotius L. II, c. V, §. 17.

Hobbesius Leviath. c. XVI. exeunte.

Locke on civil Government, Ch. VII, §. 2.

Cocceus (Henr. de) diff. cit.

Samade diff. cit. V. 6. §. 20.

Müller (Io. Jac.) diff. de iure partu majoris.

Wolff L. c. §. 179. §. 80.

Nettelblatt §. 288.

b) Con-

b) Contra sentiunt:

Puffendorf. de I. N. et G. L. VII. c. 2. §. 18. 199. et c. V. §. 20.

Achenwall P. II. §. 28.

Schierschmidt (Io. Iust.) in El. Iur. Nat. soc. et gent. §. 457. Cor. IV. n. III.

Willenberg (Sam. Fr.) de votorum pluralitate non concludente. Ged. et Lips. 1750. 4.

Westphal (Ern. Chrn.) Instit. I. N. §. 682.

Feder Grundlehren zur Kenntniss des menschlichen Willens etc. §. 34.

Hoepfner §. 145.

***) Conf. diversae, quas alii inierunt, huius decreti stabiliendi rationes, *Grotii* *Hobbesii*, *Leviath.* c. 16. *Wolfii*, *Koehleri* Iur. Soc. et Gent. §. 1407. etc.

§. 408.

Plurima ergo vota concludunt. Sed ea ^{Quam differ-} ipsa, a quibus profecti ad hoc decretum ^{cautionem} pervenimus, initia, simul declarant, ^{vābeant?} quae-
nam sint species, (casus) naturali quidem ratione a jure majorum excepti. Ac primum quidem ea excipi videntur societatis negotia, quae, moram ferentia, repetitam admittunt deliberationem ac rogationem suffragiorum, ut unam tandem omnium voluntatem sperare liceat. Deinde ea excipi videntur, in quibus agitur jus quoddam singulorum. In id enim consensum esse non videtur, ut

T

majof

maior pars, prouti visum fuerit, me' priva-
re valeat juribus meis quaesitis. *Conf. §.*
400. et 404.

Dicatur de jure eundi in partes.

§. 407.

*An absolute
majora,
autrum re-
spective ma-
jora conclu-
dantur?*

Iisdem rationibus, quibus §. 407. effe-
ctum a nobis, illud sequendum esse, quod
pluribus placuit, illud quoque concludi pos-
se videtur, ut, *si plures duabus sententias*
existunt diversae, respective majora vincant.
Cum enim aliqua vincere debeat, ut exi-
rum res habeat; consentaneum est maxime
et congruens, ut illi primae dentur, *cui*
paucissimi adversantur. Ante omnia tamen
videndum, annon apta sententiarum coniu-
ctione absolute maiora exquiri possint.

Wolf l. c. §. 95. sq.

§. 410. a.

*Quid si qui-
dam absen-
tes.*

Qui adsunt, omnium numero ac loco
habendos esse, seu praesentes repraesentare
omnes, haecenus tantum verum esse vide-
tur, ut, omnibus convocatis, quidam tamen
absint, aut plane non petentes dilationem,
aut nulla legitima absentiae causa excitata,
in iis imprimis, quae moram non ferunt,
negotiis.

Quot vero tamen minimum adfuisse oporteat, ut
omnes referri videantur, voluntariis institutis
decerni debeat, veluti in eligendo Universitatis
cuiusdam Syndico.

§. 410.

§. 410. b.

Quoad nihil adhuc decretum, quoniam *An liceat*
 nemini adhuc jus aliquod quaesitum est, cui *sententiam*
 libet, qui jamjam sententiam suam dixit, li- *mutare?*
 cet, hac mutata, posteriorum suffragiis ac-
 cedere, si forte saniora visa fuerint. Hinc
 etiam *majora non antea intelliguntur, quam*
omnes ac singuli sententiam suam dixerunt. Ideo-
que omnes ac singuli audiendi sunt.

§. 410. c.

Si quid a pluribus decretum, ex ipso hoc *Conclusum*
 decreto cuilibet illorum est jus quaesitum *plurimo-*
 postulandi, ut stet, quod decretum est lam *rum quous-*
 aut novi aliquid emergit, cuius superiori de- *que per alia*
 liberatione nondum ratio haberi poterat, aut *plurima tob-*
 contra. Hic non licet denuo quaestionem *li queat,*
 proponere, ut forte, uno et altero plurium
 in alteram partem pertracto, contraria ma-
 jora obtineantur. Alia prorsus ratio est, si
 nova quaedam emergant, quae repetitam
 deliberationem et quaestionem requirant.
 Tunc enim conclusum, per plures quosdam
 formatum, per aliorum contraria majora
 tolli potest.

§. 411.

Potestas in societate aequali omnis, ergo
 et imperium, late s. d. est in univervis. *Directori-*
 Alia est ratio *directoru*, quo non ipsa nego- *um in socie-*
 tia societatis pro arbitrio expediuntur, sed *tate aequali,*
 ea tantum certis legibus disponuntur, quae *ejusque*
 faciunt ad negotia commodius et ordine *jura.*
 T 2 expe.

expedienda. Est igitur in *juribus directoria*, libus jus indicendi conventum societatis quaestionem proponendi, suffragia rogandi et colligendi, conclusum ex illis formandi, immo et, ubi opus, exequendi, (minime autem per se competit *voluntum in aequalitate dissentientium decisivum*.) Cui hoc praecipui juris prae aliis tributum est, *director societatis*, est in membris non vulgaribus societatis (§. 362.) a societate constituendus, *) *eiusque jus est jus aliquod singulorum*, et praesumitur esse *personalissimum*.

*) Si est voluntaria, sibi que ipsi originem debet. Aliter, si a tertio constituta et aequalis est sine potestate.

§. 412.

Officiales societatis, quibus demandata est certa quaedam regiminis societatis, non proprio, sed administratorio nomine, provincia, adeoque *negotiorum societatis administratio* quaedam, ut in omni societate, ita et in aequali, salva aequalitate *) intelligere licet, et ipsos voluntate societatis constituendos, **) *membra societatis non vulgaria, quorum jus quaesitum pertinet ad jura singulorum*; et per se est *personalissimum*.

*) Manet enim societas aequalis, si potestas aut regimen proprio nomine non est in parte. (§. 394.)

**) Si est aequalis cum potestate.

§. 413.

Quae conclusa sine leges, *Conclusa societatis* (§. 401.) alia sunt leges, quarum vis obligandi pertinet ad ea, quas

quae semper eodem modo fieri oportet, *conventionales* quidem, alia, quorum vis ad causam quandam praesentem tantum pertinet, *transitoria*.

§. 414.

Legibus societatis, ab universis perlatis, obstringuntur singuli, universi autem hactenus supra leges elati, ut *abrogandi*, *derogandi* illis, quosdam *legibus solvendi*, *dispenjandi* igitur, *immunitates* et *privilegia* contra illas tribuendi, libertas superesse intelligatur. Et si plures in condenda lege vicerunt, fas est, eodem quoque majorum jure mutari posse, quemadmodum, si illud tantum perlatum censetur, quod omnibus ac singulis visum, *eiusdem* quoque *mutatio est casus*, a *jure majorum exceptus*. (§. 408.)

Sed Conf. §. 410. c.



IVS NATVRAE SOCIALE GENERALE.

CAPVT IV.

DE SOCIETATE INAEQUALI, S. RECTORIA.

Conf. Coving (Herm.) de subiectione et imperio. Helmit. 1635.

Vellhemius (Val.) de iure imperii quaesitio. Ienae 1678. 4.

Le Bleu (Iac) diff de imperantium officio.

Ejusd. de officio et iure obsequentium, in diff. polit. Giess. 1660. 4.

§. 415.

*Imperans,
subditi.*

In societate inaequali, (rectoria,) potestas, et proprio nomine regimen, certe *imperium*, eiusque proprio nomine exercitium, est in parte societatis, h. e. uno socio, aut quibusdam, junctim sumtis, *imperante*, reliqui sunt *subditi*, *subiecti*, immo, si pluribus, junctim sumtis, tributum imperium, singulos ipsos subditos esse, iusta opinio est, nisi aliter institutum *). *Imperans*, unus homo aut plures, sunt membra non vulgaris, non *meri officiales, ac directores*, illorumque jus quaesitum est jus singulorum.

*) Occupetur aliquo modo de *Aristocrasii* et *Dynastici* imperii forma locus.

§. 416.

§. 416.

*Imperium strictè s. d., jus proprium de actionibus *) aliorum statuendi pro arbitrio ad scopum quendam, non transitorium, jus perfectum, affirmativum, sed et negativum secundi generis, complectens, nisi in societate igitur (§. 361.) intelligi non potest, adeoque requirit pactum, **) legem fundamentalem huius societatis, personalissimum jus, ac perpetuum, nisi aliter conventum sit diserte, aut tacite ***).*

*) Alia igitur est ratio imperii, quam domini. Confer:

Rave (Iac.) Betrachtung über den Unterschied der Oberherrschaft, und des Eigentums. Ienae 1766. 8.

Kayser (Io. Frid.) diff. de diverso domini et imperii jure. Giesl. 1728. 4.

**) Non ut, vit jus ipsum demum oriatur ex pacto, sed, ut sit *jus sociale*, requiritur pactum et consensus §. 361. 377.

***) Scil. si imperans *jus ipsum* non debet subiecto, sed *ex alio capite* illi hoc competit. Tunc enim est *transmissibile*.

§. 417.

*Omne imperium ipsius scopi lege naturaliter (§. 364.) est limitatum, sed et circumscribi potest terminis contingentibus, (ib.) quibus si continetur, limitatum nat' εἶχον dicitur, si caret, absolutum, et irrestrictum, *) aliud, ac despoticum, sinistra vocabuli potestas.*

T 4

te, **) ipsorum etiam naturalium limitum impatiens.

*) Explicetur hoc loco imperii *summi* alicuius, *majestatis laze s. d.* et *subordinari* differentia. *Summum* non statim est *absolutum*, cum etiam possit esse restrictum. *Subordinatum* omne est *restrictum*, omne *absolutum* igitur *summum*.

*Imperium
despoticum,
tempera-
tum.*

**) *Alias despotum*, seu *omnimodum*, est perpetuum in omnes alterius actiones imperium, cui respondet *subjectio omnimoda*, seu *despotica*, quae *subjecto, seruo*, nihil libertatis naturalis relinquit, quod secus se habet in *imperio temperato*, et *subjectione temperata*. Hominis in hominem despoticum eiusmodi imperium sine injuria cogitare non licet, ne in omnes quidem externas actiones. Deus autem huius generis *despota* benignissimus, sapientissimus, nos *servi* eius felicissimi.

§. 418.

*Plenum, minus plenum,
solitarium,
coimperium
coregimen.*

Ceteroquin omnes juris partitiones (§. 43.) ad ipsius imperii formam transferre licet, ita, ut *plenum* aliud sit et *indivisum*, *minus plenum* aliud aliquod ac *divisum*. Porro imperium aut *solitarium* est, aut *coimperium*, (aliud ac *divisum* et *dimidiatum*.) ex *analogia codominii*. Reliqua coram.

Dicatur de *coregimine*, jure quodam concurrenti in exercitio jurium, saltem quorundam, imperii. Qui sunt in *coregimine*, in hoc ipso exercendo non pendent ab imperio, sed a legibus fundamentalibus.

§. 419.

Jura imperantis.

Quae jura insunt potestati societatis plenae, nec restrictae, tributa sunt imperanti pleno;

pleno, nec restricto, omnia, ita, ut tantum valeat ipse, quantum in societate aequali universi, aut maior illorum pars. Imperantis igitur est potestas *rectoria, inspectoria, executoria*. (§. 275.) Eius est *potestas jus in societate ferendi ac dicendi*, *) in causis fo-
ciorum, qua talium; *leges*, ab ipso *latas, abrogandi*, illis *derogandi*, quosdam focios illis *eximendi*, adeoque *dispensandi, privilegia concedendi, puniendi*, ad ipsum usque *jus vitae et necis*, sed et *remittendi poenam*, aut omnino, *aggratiandi, aut mitigandi, abolitionem decernendi*, etc. (§. 414.)

*) *Jurisdiclio plena* est jus de causis cujusunque generis legibus convenienter statuendi cum effectu, sententiam ferendi, et exequendi,

§. 420.

Imperans igitur ipse *supra leges, ab ipso* *Imperans*
latas, collocatus, (§. 414.) non autem *su-* *quatenus su-*
pra leges fundamentales, (§. 400.) quae quem *pra leges.*
admodum in societate inaequali non nisi pacto inter imperantem ac societatem sancitae sunt, ita neque nisi eorundem mutuo consensu tolli posse intelliguntur, immo ne hoc ipso quidem ita, ut invitis aliis auferatur jus quoddam, legibus iis ipsis fundamentalibus quaesitum. Quousque autem omnino imperanti liceat aliquid in jura singulorum, ex §. 400. et 408. constituendum. *)

*) Conf. *Stiegliz* (Chrn. Lud.) dissert. de jure imperantium in jus quaesitum subditorum, Lipsi. 1713. 4.

T 5

§. 421.

§. 421.

Imperio non subsunt socialiter indifferentia. Ius imperantis, ne absolutissimi quidem, non porrigitur ad ea, quae sunt socialiter indifferentia. Huius vero generis an aliqua sint, si anceps fuerit, pro imperante deficiente iusta militat opinio..

§. 422.

Imperans superior societate. Imperans, qua talis, superior est societate universa, nec officialis tantum cuiusdam eminentioris numero ac loco habendus. In iis, quae imperio eius non subsunt, non est superior, neque vero etiam subditi numero habendus, sed privatus, ita ut per se jure mere naturali cum subditis utatur.

§. 423.

De jure persequendo in societate inaequali. Relinquitur, ut propria quaedam addamus de jure persequendo in societate inaequali. Ac

I) *Ipsi imperanti*, quatenus alii imperio non subest, sed majestate late s. d. (§. 417.*) gaudet, sive ab extraneo laeditur, sive a socio, sive a societate, est jus armorum.

Notetur, quo tempore *passiva imperantis laesio* habenda sit pro *laesione societatis passiva*, §. 383.

II) *Subditi*, ab extraneo laesi, jus armorum per se neque in societate inaequali restrictum dici potest. §. 384.

III)

III) Alia est ratio *subditi*, a *subdito laesi*, ex ead. §pho, cum omnibus eius adiunctionibus huc transferenda.

IV) *Singulorum*, ab *imperante*, quatenus non subordinatus est, *laesorum*, jura ex §pho 384. quidem intelliguntur. Verumtamen cum singuli universis obstricti sint, ad ea evitanda, quibus societas perturbatur, socius, ab imperante laesus, frustra adhibitis mediis lenioribus obtinendi juris, jure quidem gaudet excedendi societate, jus autem violentiae *) contra imperantem negandum videtur, neque vero tamen hoc est ex jure imperantis ipsius, sed ex jure, quo societati obstricti sumus.

*) Dicatur de *moderamine inculpatae tutelae* adversus ipsum imperantem, ubi *vita mea* agitur. Coll. §. 370. et 371.

V) Quodsi tandem *imperans laedit* aut *laedere intendit societatem*, vid. §. 385.

In ardua hac quaestione explicanda 1) tenendum, quando *societas laesa* dici queat ab imperante, et inprimis ex §. 383. quousque, singulis laesis, universi laesi existimandi sint. Deinde 2) spectandum, *culpose* tantum, an *dolose*, perfide igitur, et hostili in societatem animo affectus, egerit imperans? 3) *Ius strictum* societatis adversus imperantem ab eo, quod *prudencia* suadet, probe secernendum, adeoque 4) (quemadmodum superiori num. IV.) obligatio societatis erga ipsum imperantem laedentem, distinguenda est ab ea, qua singuli universis et v. v. obstringuntur ad injurias leviores patienter ferendas, ne summa jure utendo intestinis discordiis tristiora sibi ipsis fata consciscant. Sic demum intelligitur, quibus

bus temporibus liceat universis resistere superiori, imperium eius excutere, illum in vincula conjicere, et ultimam quaeque contra illum sibi indulgere. *An mala, imperanti inflata, poenae dicendae sint, est quaestio nihili, ex §, 89. sqq. judicanda.*

§. 424.

*Abdicatio
activa, passiva
temporaria.*

Praeter ea, quae antea diximus, temporaria laesionis neque imperantis imperio pro lubitu se subtrahere datum subditis, *nisi manifeste et plane inhabilis existat, (§. 388.)* neque imperanti pro lubitu imperio se abdicare integrum est. (§. 366.) Quando autem concessum sit, de eo consulatur. (§. 387.)

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO TERTIA,

IVS SOCIETATVM DOMESTICARVM

VNIVERSALE.



IVS SOCIETATVM

DOMESTICARVM VNIVERSALE.

§. 425.

Societatum domesticarum *) nomine tum ipsam illam, quae est ex genere compositarum minorum, *familiam*, seu *dorium*, de qua Cap. IV. huius Sect. tum eas, ex quibus efficitur, *simplices societates*, *connubialem*, *paternam* s. *filialem*, et *herilem* comprehendimus.

Societates domesticas quae?

*) Sunt, qui *domesticam societatem* eam tantum esse interpretentur *marrimonialem*, cui *aliae societates simplices sunt subordinatae*.

Conf. *Besold* (Chrph.) de tribus societatis domesticae speciebus, *maritali*, *filiali*, *servili*. Argent. 1641. 4.

Müller (Io. Iac.) dispp. quatuor: de societate in communi, de conjugio, de societate paterna, de societate herili.

IVS

IVS SOCIETATVM DOMESTICA-
RVM VNIVERSALE.

CAPVT I.

DE SOCIETATE CONNUBIALI,
ET DE MATRIMONIO SIGILLATIM.

Burlamaqui (Io. Iac.) *diff. de matrimonio*,
Genev. 1731. 4.

Coppello (Servas van de) *diff. de conjugio*
in statu naturali, Lugd. Bat. 1742. 4.

Stryck (Io. Sam.) *de matrimonii jure et in-*
stitutione. Hal. 1704. 4.

Willenberg. (Sam. Fried.) *Selecta juris matri-*
monialis. Hal. 1720. 4.

Auon. *Philosophisches und juristisches System*
von den Ehen. Onold. 1777. 8.

— *Ueber die Ehe*. Berol. ed. 2. 1775.

— *Ehelicher Vertrag, oder Gesetze des*
Ehestandes, der Verstoffung und Eheschei-
dung — nebst zwey Abhandlungen über den
Ursprung und das Recht der Dispensationen.
Tigur. 1784. 8. ER *translatio scripti, quod*
Gallico sermone prodiit. 1781. sine loco:
Contrat social etc.

Nettelbladt *Disputatio de differentia matrimo-*
nii Iuris Naturatis et civilis, in Exercitatio-
nibus Acad. 1739 — 1779. Halae 1783.
II. 29.

§. 426.

§. 426.

Quamquam paucissima sint, propria huic loco, quae pertineant ad forum externum naturale, cum plurimae quaestiones subsint *conscientiae iudicio* *) et *legum civilium arbitrio*, quaedam tamen hic ipse locus habet, ad fori externi leges, exigenda.

Monitum commune.

*) Veluti de licitis et honestis connubii scopis, de primo, imprimis consilio, de spadonum, eunuchorum et decrepitorum connubiis, de Polygamia, Polyandria, et Polygymia, de gradibus, quos vocant, prohibitis, de connubio turpitero, quaedam etiam de causis divortii etc. Ipsa obligatio naturalis ad connubium est imperfecta, licet in societate civili fieri queat perfecta.

§. 427.

Forum externum naturale *societates hominum diversi sexus, perpetuas, aut temporarias* *Connubium,* iniri permittit *quocunque consilio, quod vacat um, quid.* *libere,* seu violatione juris alicuius alterius, adeoque et ob *mutuam adiutorium* quodcunque huiusmodi scopum, quem extra et citra hanc arctiorem conjunctionem aequae commode obtinere posse sibi non videntur. In his vero tamen consociationibus ea demum *societas concubialis, proprie s. d.* (Beyschlafsgesellschaft) intelligitur, quae *concubitus,* seu *usus Veneris humani,* quod quidam dicunt, causa inita est. *Matrimonium* autem vere ac proprie s. d. seu naturaliter tale, quod vocant, eam *societatem concubialem* interpretabor, quae ob scopum alius etiam *mutui adiutorii*

U

torii

*torii continuanda, ad perpetuum inita est. *)* (nulla ratione habita singularium solemnitatum, aliorumque, quae ex institutis voluntariis conjuncta esse solent.) Tacemus igitur omnes illas maris et feminae societates, quae *ad imitationem matrimonii vere ac proprie s. d. inventae*, externam tantum formam, jura et privilegia saltem habent, *matrimonia, mere civiliter talia, seu honoraria. **).*

*) De hoc argumento conferantur in diversas partes :

Stryck (Io. Sam.) *diss. de fine matrimonii.*
Halaë 1708. 4.

Due Dissertazioni sopra il fine primario del matrimonio, la prima del Canonico G. Irco, la seconda del Conte Don Diego Rubini, Bergamo 1753. 4.

Hupel (Aug. Guil.) *vom Zweck der Ehe, ein Versuch, etc. Riga 1771. 8. qui et ipse in enarrandis Theologorum, Istorum, et Philosophorum sententiis multus fuit.*

Anties (Io. Bapt.) *Zufaellige Gedanken vom Zweck der Ehe. Francof. ad Moen. 1774. 4.*

Hommel (Car. Ferd.) *diss. matrimonium, sine proposito sobolem procreandi legitimum. in Rhapf. Vol. I. obs. 491.*

Meier (Ge. Frid.) *von den natürlichen gesellschaftlichen Rechten und Pflichten der Menschen, II. Theil.*

Darjes

Darjes Instit. Iurispr. nat. §. 578. edit. sept.
coll. eius Instit. Iurisprudentiae privatae
Rom. Germ.

Schlettwein (I. A.) Rechte der Menschheit oder
der einzige wahre Grund aller Gesetze,
Ordnungen und Verfassungen. (cit. p. 31.)
p. 197. sqq.

**) Si ea *matrimonii forma et notio* constituenda
est, quae omnibus apta ac singulis, quae hoc
nomine appellari consueverunt, vix alio modo
te expedieris, nisi ut cum *Hupelio* (p. 86, coll.
79.) communem hunc scopum propositum esse
dicas, *mutuum quodcumque adiutorium*, quem
quidam, veluti *Perill. Darjes*, vocant *scopum
politicum*, cui infiniti alii subijci possunt, et in
his ipsa procreatio et educatio sobolis, aut, ut
facis fiat stimulus naturalibus, etc.

Dicatur adhuc 1) de potestate vocabulorum: *connu-
bii, matrimonii, consubernii*, ex usu Iur. Rom.
coll. *Selchov* in El. jur. Rom. Antejustin §. 410.

2) Ut judicare liceat de difficultate *generis* ex-
plicandi, de variis *connubii et matrimonii for-
mis*, *inaequalis* s. *disparagio*, *ad legem morgana-
ticam*, s. *lege salica* contracto, *ad zalachv*, s.
Amazonico, conscientiae etc. Explicentur etiam
legitimi et rari vocabula.

Matrimonium ad L. M. pacto s. d. semper
pacto tale est; sed latius accipitur pro quocun-
que matrimonio, in quo nec uxor, nec liberi
gaudent juribus familiae mariti et parentis, at-
que hoc aliquod *ipso jure* tale esse potest, vel-
uti *disparagium illustrium*. Vid.

Nettelblatt disp. An et quatenus matrimo-
nium ad L. M. pacto tale licitum sit, in
genere. Halae 1748. et in Exercit. Acad.
1739 — 1779.

U 4

Omnino.

Omnino vero adhuc conferri merentur, de
notione matrimonii:

Reinhard (Ad. Fr.) in den Sammlungen ver-
mischter Aufsätze. — — — —

Anon: Versuch über den wahren Begriff
der Ehe. Cassell, 1776. 8.

§. 428.

*concupina-
tus.*

Concupinatus nunc significat cohabitatio-
nem tantum et consuetudinem maris et fe-
minae, *concupitus causa, nunc* societatem,
cui tantum procreatio sobolis proposita, non
autem educatio, junctis viribus curanda,
nec aliud mutuum adiutorium, *nunc* conu-
bium, quod, *non ex praescripto legis initum,*
in civitate destituitur juribus legitimi matri-
monii, *nunc* matrimonium, quod dicunt, tem-
porarium, *nunc* quodlibet connubium, quod
caret juribus et effectu civili legitimi matri-
monii, sive per se, sive quia sic conventum
est. *) Nobis concupinatus est *societas con-
cupialis* neglectis omnibus sollempnitatibus iura
ita, ut concupina et procreati ab effectibus
et privilegiis civilibus legitimi matrimonii
exclusi sint. *Concupinatus nullo significato re-
pugnat Iuri Naturae striete* / . d. De foro interno
diversa ratione pronuntiandum pro diversa
iptius vocabuli potestate.

Dicatur, quid *pelles* differat a *concupina*.

Conf. *Thomasi* (Chrn.) Schediasma de con-
cupinatu. Hal. 1713. cum aliis scriptis
criticis apud *Meisterum*.

§. 429

§. 429.

Societas connubialis quaelibet, ergo et ^{Connubium} omne matrimonium est societas ^{per se sibi-} *voluntaria*, ^{et aequalis.} *simplex*, per se *aequalis* *)
(§. 426. *) et 379.) *simplex*, per se *aequalis* *)
(§. 397.) licet *inaequalis* fieri queat ex pacto,
ratione mutui adjutorii.

*) Facit nobiscum *Puffendorf*. L. VI. c. I.
§. 11. fqq. Contra sentit *Grotius* L. II.
c. 5. §. 8. cum eoque uterque *de Cocceji*.

§. 430.

Sponsalia sunt pactum (bilaterale) de ^{Sponsalia de} matrimonio ineundo, eaque, prouti aut ^{praesenti,} *consensus* ipse *matrimonialis*, de matrimonio ^{futuro.} iam actu contrahendo, aut *sponsalitus* tantum, de futuro matrimonio ineundo, declaratur, aut *sponsalia de praesenti, aut de futuro*. *) Desponsati sunt *paciscentes*, *sponsus*, et *sponsa*, initium consummationis pacti, *nuptiae*, qui in *matrimonio* degunt, *conjuges* vocantur. Cum *sponsalibus de praesenti* intelliguntur omnia jura mariti et uxoris *paciscentibus* attributa, nondum vero, si de futuro inita sunt. Haec enim tantum tribuunt *jus futurum radicatum*.

*) Dicatur de ambiguitate horum vocabulorum, et peregrinis quorundam explicationibus, et conferantur, quae habet *Wolf* de *sponsalibus de praesenti*. T. VII. §. 389.

Nettelbladt disp. de genuina *sponsalium de praesenti* et de futuro notione. Halae 1747. et in *Exercitatt. Acad.* 1739-1779.

Requisita
sponsalio-
rum valido-
rum.

Quae de pactis omnino, ac de bilate-
ralibus sigillatim, exposita sunt superius, ad
sponsalia traducere licet omnia. Hinc 1) re-
quirunt usum intellectus *) 2) ut praestatio
promissa tempore initorum (sponsaliorum phy-
sice fuerit possibilis **) 3) ut per leges quo-
que iniri potuerint, s. ut moraliter possibi-
lia fuerint ***) 4) ne dolo, aut metu in-
iusto, alter alterum ad paciscendum induxe-
rit, aut coegerit, ****) 5) ne error adfuerit,
dans causam. 6) Hinc (per no. 3.) intelli-
gitur, sponsalia priora et antiquiora, valide
contracta, posterioribus, etiam consummatis,
esse praeferenda. (coll. §. 323. ****) 7) Tan-
dem perspicitur, quae sponsalia sint *nulla*,
sive *absolute*, sive *respective* talia, quae tamen,
accedente consensu, vel *expressa*, vel *tacite*,
convalescunt. (§. 310.)

*) Conf. *Wolzogen* (L. B. de) de connubiis
infantum. Ienae 1774. 4.

**) Dicatur de *connubio spadonum*, s. *castratorum*,
qui, stimulis adhuc vexati, *connubia* proprie et
vere s. d. immo etiam *matrimonia*, *naturaliter*
salia, ineunt. (Nam *eunuchorum* matrimonium
proprie s. d. non intelligitur, sed mere *hono-
rarium tantum* et *civiliter tale*.)

Scriptis, ab *Hier. Delphino* collectis, addatur:

Hupel, vom Zweck der Ehe, ein Versuch,
die Heurath der Castraten — — zu ver-
theidigen, *supra cit.* et

Ejus-

Ejusd. Origenes, oder von der Verschnei-
dung. Rigae 1772. 8.

**) *Gradus prohibiti consanguinitatis et affinitatis Iure naturae* stricte .s. d. nulli esse possunt, neque in linea recta. Alia est ratio fori naturalis interni, ad cuius etiam leges exigitur quaestio in his scriptis:

Bertling (Ern. Aug.) praef. Schubert, disp. de gradibus prohibitis, *secundum Ius Naturae*. Ienae 1743. 4.

Spangenberg de eo, quod *juris naturalis* est circa gradus prohibitos. Marb. 1748.

Michaelis (Io. Dav.) Erklärung der Ehegesetze Moses. Goett. edit. 2. 1768. 4.

Plures videantur apud Meisterum voce: *Matrimonium, conjugium, incestus*. Addatur *Ram* (Phil.) diss. de incestu. Traj. ad Rhen. 1714. 4.

Seyfried (Georg Sim.) disp. praef. *Hofacker*, sistens historiam et rationem juris de incestu. Tubing, 1787. 4.

De consensu parentum requisito Cap. II.

***) Vid. *Boehmer* (I. H.) de matrimonio coaeto. Hal. 1717.

****) Dicatur d. contraria *Wolffii* opinione, Tom. VII. I. N. et G. §. 378. 379.

§. 432.

A nullitate, quam diximus, sponsalium differt repudium, quo valida sponsalia tolluntur, *Repudii causae.*

U 4

itur, aut, si mutuo consensu dissolvantur, voluntarium, aut necessarium, si ipso jure, ex causis, supra allatis, ob mutationem status, impossibilitatem supervenientem, perfidiam, s. violationem fidei sponsalitiæ.

Wernher (I. Balth.) de repudiorum causis, præsertim dubiis, secundum Jus Naturæ. Lipsi. 1693. 4.

§. 433.

*Arrhæ
sponsalitiæ.*

Arrham omnino paciscens paciscenti tradit in signum pacti perfecti, aut perficiendi. *Arrha* igitur *sponsalitiæ* est, quam desponsati accipiunt in signum sponsaliorum perfectorum, et tacita hac lege, ut, si ipsum matrimonium sequatur, acceptam quisque retineat, domini jure. Quodsi igitur casu matrimonium non sequatur, arrhæ restituendæ priori domino. Sin autem culpa vel dolo alicuius, lædenti est, arrham acceptam restituere. Læso autem licet retinere insuper acceptam, reparandi damni ergo, tametsi hac sola satisfactione contentum esse non oporteat.

§. 434.

*Jura et obligationes
conjugum,
qua talium*

Qui matrimonio vere s. d. sibi juncti sunt, perfecto jure sibi invicem obstricti tenentur ex statu 1) ad usum corporis mutuum concedendum, adeoque etiam 2) ad onera matrimonii, *) si soboles existat, firmada

da, *alimenta* igitur, (h. r. victum, amictum, habitationem) communi opera procuranda soboli et praebenda. Tandem 3) ad ea omnia, de quibus diserte conventum; quaeque, cum infinita esse possint, in genere definire non datur. *Fides conjugalis* igitur, (cui e regione collocatur *perfidia*) accurata praestatio debiti conjugalis cuiuscunque, ex fine et pacto metienda.

*) Conf. *Willenberg* (Sam. Fr.) de oneribus matrimonii. Gedan. 1702. 4.

§. 435.

Mutuum igitur aliquod *adjutorium* latius *Mutuum* acceptum, (§. 427. not. **) intrinsecum et *adjutorium* *essentiale* est matrimonio, *strictius*, ab ipso *an sit essen-* scopo concubitus sejunctum, *ex pacto metien-* *dum*, ceteroquin *irrestrictum* praesumitur, et *naturale,* *naturale* matrimonii.

§. 436.

Dos, illae res, quae ab uxore marito *De dote,* conceduntur hoc consilio, ut *ex eius emo-* *lumentis* adiuvetur in oneribus coniugii *fe-* *tendis*, naturaliter non *necessaria*, sed *volun-* *taria*, per se non est in *dominio mariti*, sed *uxoris*, mariti autem *jus disponendi de dote* *tum ex fine* iudicandum, tum *disertis legibus* *at pactis* magis circumscribi ac definiri potest. Cessantibus oneribus matrimonii, (§. 434. 435.) cessat jus mariti in dotem.

U 5

§. 437.

Iura conjugum personalissima sunt.

Cum in coniugio ineundo et thori socio deligendo quamlibet partem singulares ac proprias dotes, s. virtutes alterius spectasse, iustissima opinio sit, huic ipsi consequens est, *jura conjugum, qua talium, personalissima esse, nec transmissibilia, invita altera parte, bene tamen, consentiente.**) Nulla igitur horum jurium *donatio, emptio venditio, commodatio, locatio conductio &c.*

*) Dicatur d. *marrimonio militari* Anglorum,

Polygamiam simultaneam, (nam de *successiva* disputare contra sanctulos quosdam et religiofos, nunc non attinet) sive *Polyandriam*, sive *Polygyniam*, Iuri naturae strictae s. d. repugnare, nullo argumento, satis idoneo, efficitur. *) De fori interni consiliis, aut, si mavis, praecipis, alibi dispiciendum. **) *Monogamiam* tamen, si per se res spectetur, neque temporum quorundam propria ratio habeatur, multis modis praestare, ac pluribus gravissimisque incommodis, *vix* evitandis, carere, quis est, qui neget.

*) Neque eo quidem, quod ab *aequali hominum utriusque sexus numero ducitur*; quasi plurimum uxorum, aut maritorum, ut ita dicam, occupatio, esset juris aliorum, unum unamque habendi conjugem, violatio. Nam 1) ipsa illa aequalitas

tas non est omnium terrarum et regionum, spatiosarum etiam ceteroquin et majoris ambitus. Vid. *Home* Geschichte der Menschheit, 1 Theil, p. 221. coll. tamen p. 197. et quod *Forster* refert in Reisen um die Welt de Insula, quae dicitur die *Osterinsel*, et quod habetur in den neuesten *Mannichfalsigkeiten*, 1ster Jahrgang 1778, p. 282. de terra *Tibeth*, tandemque in *Büschings* wöchentl. Nachrichten. 1779. 7tes Stück. Plura congessit *Schleisswein* l. c.

Deinde 2) cum in Iure naturae teleologicis argumentis nihil agatur, neque jus ullius maris, aut feminae, perfectum adsit, eam sibi deponendi uxorem, aut eum maritum, quae et qui alii se jungere vult, aut coelibem vitam agere amat, facile intelligitur, Polygamiam simultaneam non esse violationem juris cuiusdam perfecti alicuius alterius.

*) In praelectionibus tamen, sed paucis, praecipua explicabo argumenta, ethica et politica, (nam plumbeis interdum pugionibus in hoc genere utrinque pugnatur) contra *Polyandriam* juxta et ipsam *Polygyniam*.

Scriptis, copiose et ordine digestis a *Meißero*
P. III. p. 1 — 30. addenda:

Michaelis (Io. Dav.) Paralipomena contra Polygamiam, in Syntagmate Commentat. P. II. Goett. 1767. 4. nec non in der Erklärung der Ehgesetze Moses.

Premontval, la Monogamie, ou l'unité dans le mariage: ouvrage, dans lequel on entreprend d'établir contre le préjugé commun l'exacte et parfaite conformité des trois Loix, de la Nature, de Moÿse, et de Iesus Christe sur ce sujet. Hagac Comit.

mit. 1751 — 1753. 12. in vernaculam transl. a Dorothea Augusta von *Windheim*. Norimb. 1753. 3. Theile. 8.

Madan (Ge.) Sacerdos in Anglia Methodisticus, acerrimus Polygamiae defensor, in paradoxo opere: *Thelyphthora*, or *Treatise on female ruin*, in its causes, effects, consequences, prevention and remedy, considered on the bases of the divin Law, under the following Heads: *Mariage*, *Whoredom*, and *fornication*, *Adultery*, *Polygamy*, *Divorce*, with many other incident Matters. 1780. Lond. 2. Tom. 8.

§. 439.

Monogamiae jura, adulterium.

Coniuges, monogamiae arctioribus vinculis iuncti, jure gaudent quemcunque alium ab usu corporis alterius excludendi. *) Concubitus coniugis cum persona extranea, *adulterium*, aut cum soluta, *simplex*, aut coniuge, *compositum*, est enormis quaedam violatio fidei coniugalis, sed non unica, nec ipsa summa.

*) Si duo, matrimonio sibi iuncti, non diserte prospexerunt libertati suae, plures in thori societatem asciscendi, illud non amplius integrum esse, sed Monogamiam initam esse, iusta opinio est. Eilet enim novi socii, aut novae societae receptio *restrictio juris, alteri quaesita*. Conf. *Westphal* §. 743.

§. 440.

Divortium. *Validi matrimonii*, vivis coniugibus, quoad vinculum *dissolutio divortium* est, a sepa-

separatione a thoro et mensa diversum, aut, quemadmodum de repudio vidimus, *voluntarium*, mutuo consensu, aut *necessarium*, ipso jure, de omnibus causis, supra expositis, ob *inhabilitatem absolutam* supervenientem, perfidiam commissum, etc. *)

*) Adeoque ob adulterium, militiosam desertionem, pertinacem debiti conjugalis deprecationem, perversam eius praestationem, qua procreatio sobolis impeditur, sodomiam, ob insidias, vitae structas, pluresque aliae causas.

Dicatur de genuino sensu loci Matthaei XIX.

Scriptis. a Meistero collectis, voce: *divortium*, addatur:

Hupel, supra cit. vom Zweck der Ehen, sechster Abschnitt, Erwas von Ehefcheidungen.

Legislation du divorce, précédée du cri d'un honête homme etc. a Londres 1769. et forfiran eiusdem auctoris: Cri d'une honête femme qui reclame le divorce etc. a Londres 1770.

~~—————~~

IVS SOCIETATVM DOMESTICA-
RVM VNIVERSALE.

CAP. II.

DE SOCIETATE PARENTALI,
SEV FILIALI.

Scriptis, a Meistero excitatis, voce: *Liberi, parentes, potestas patria*, in quibus eminent:

Becker (Goth. Ehrenr.) diff. de fundamento juris patrii. Lipsi. 1686. 4.

Wernher (Io. Balth.) de Iure parentum et liberorum secundum legem naturae. Lipsi. 1698. 4. et in diff. Wernher. I. Nat. Vi-
teb. 1721. 4.

Bertling (Ern. Aug.) diff. de Iure parentum in liberos secundum leges cogentes. Goetting. 1744. 4.

Christiani (Car. Andr.) Gedanken vom Unterschied des natürlichen und römischen Bürgerrechts in Ansehung der väterlichen Gewalt. Regiomont. 1740. 4.

addere convenit:

Gebaueri (Georg Chm.) diff. de patria potestate. Cap. I. Goett. 1750. 4. et in eius exercitiis, Tom. I. p. 123. sqq. contra quem prodit,

Roberti

Roberti (Car. Gnil.) de Bynckershoekii, ei-
que contraria Gebaueri doctrina de patria
potestate Romanorum antiqua modestum
iudicium. Werzlar. 1782. 4. cui adjungas

Iensen Tract. de patria Romanorum potestate
pro Gebauero aduersus Robertum, Butzov.
et Wismar. 1784. 8.

Schott (Chr. Frid.) diss. de potestate patria
veterum Romanorum secundum Iura Iur.
nat. considerata. Tubing. 1756. 4 et in ejus
dissert. Iur. Nat. T. II. p. 370. sqq. Auctor
est defendens Io. Fritz.

Perrenot Exercitatio de patria potestate, apud
Romanos legibus non soluta, in fascic. ex-
ercitatt. I. Groening. 1775. 8.

Breuning Tr. I. et II. de patria potestate.

Schott (Aug. Frid.) diss. de indole potesta-
tis patriae, ex juris natur. principiis. Lips.
1766. 4.

Villaume scriptum, quod praemium reportavit
a societate Berolinensi 1788. sur l'autorité
paternelle, junctis iis, quae acutissime mo-
nita sunt contra auctorem in Cel. *Caesa-*
ris philosophischen Annalen. II. Theils er-
sten Band.

Loebel (Renat. Götth.) Ius hominum ante
usum rationis. Lips. 1788. 4.

Tilling (C. G.) Gedanken zur Prüfung von
Kants Grundlegung zur Metaphysic der Sit-
ten, vorgetragen in Absicht auf die Begrün-
dung

ding des höchsten Grundgesetzes des Naturrechts — nebst einem auf diesen Grundgesetz gebauten Versuch einer Beantwortung der Frage: *von den Gründen und Grenzen der elterlichen Gewalt nach dem Naturrecht.* Leipzig. 1789. 8.

§. 441.

Obligatio
ad alendam
et educan-
dam sobo-
lem an per-
fectu.

Sibi quidem *in*vicem (§. 434. sq.) jure perfecto, pactis, conjuges obstricti sunt ad alimenta soboli praebenda, ad illam usque aetatem, qua vires, certe corporis, sufficiunt ad victum, et necessaria vitae praesidia sibi paranda, et ad educandam prolem. Neque, internam quandam obligationem esse parentum adversus liberos, ad alendum et educandum, anceps est. Neque vero tamen, hoc auxilii genus extra civitatem perfecta jure naturali liberis deberi, rationibus satis fortiter collectis concluditur. *) Immo potius vereor, ne quidam, non opinantes, temeritimo humanitatis sensu acti, fori naturalis externi terminos migrent, quos hic doctrinae causa tantum accurate servari volumus.

*) Faciunt nobiscum:

Grotius L. II. c. VII. §. 4.

Achenwall P. II. §. 57.

Loebel diss. cit.

Caesar l. c. p. 131. sqq.

Contra sentiunt:

Puffendorf L. IV. c. XI. §. 4.

Cocceji

Cocceji uterque ad illum ipsum Grotii locum.

Feder im Lehrbuch der praktischen Philosophie. §. 47. des Rechts der Natur.

Villaume 1. c.

Omnino autem conferantur:

Cras (Guil.) de alimentis liberis. Lugdun. Batav. 1736. 4.

Lange (Io. Guil.) de obligatione educandi sobolem. Hal. 1736. 4.

Ittig (Car. Godof.) de obligatione reciproca parentum et liberorum ad alimenta praestanda, Lips. 1709. 4.

Bauer (Io. God.) de patre, ad liberos alendos obligato. Lips. 1727. 4.

§. 442.

Ceteroquin tamen tum ex ipsa interna *Patria potestas correctoria*, tum ex iis, quae §. seqq. disputabuntur, *ius* parentibus *perfectum* existit et *affirmativum* ad scopum educationis non transitorium — *ius* liberorum de actionibus et conatibus statuendi pro optimo luctu in scopum educationis — adeoque *in commodum ipsorum liberorum* — *imperium scholasticum*, i. *correctorium*, (§. 376.) — *patria potestas correctoria*. Liberi igitur vivunt in *subjectione* — *necessaria* illa quidem, licet quoad hunc scopum *non perpetua*, sed ad

X

ad

ad annos usque *majorennitatis* et *maturitatis* iudicii. *Societas* vero huius generis *paterna* tamen, accedente demum *consensu liberorum*, existit, licet jus ipsum hoc parentum, ipsa obligatio liberorum non ex *consensu* demum oriatur. *Patria potestas correctoria per se utriusque parentum competit.* *)

*) *Daegerer* (Car. Matth.) de aequali parentum auxilio. Lips. 1723. 4.

§. 443.

Patria potestas domestica. Ipsa *generatione* *) utriusque parentum, vi juris acquirendi ex viribus et operis suis, id juris existit NB. *externi*; ut *liberos rē sui loco habere* liceat, (§. 205 — 209.) salvis tamen iuribus naturalibus liberorum absolutis, sine quibus homo intelligi nequit. **) Adeoque jus competit parentibus de viribus et actionibus liberorum statuendi *pro scopo propriae utilitatis domesticae parentum* — imperium aliquod herile (§. 376.) — quam *patriam potestatem domesticam* dixeris, cui respondens *subiectio* liberorum est *necessaria et perpetua*, qua citra *consensum* aut *mortem* parentum non liberantur, nisi parentes sibi indulgeant aliquid contra ipsa iura naturalia absoluta liberorum. (§. 55.)

*) Ne dicam de *alimentis*, curaque corporis pariter atque *animi*.

Exponantur et iudicentur in *praefectionibus* divertae aliorum sententiae de *origine* pariter ac *subiecto patriae potestatis*, ad hanc et praec. §. et confer.

Coccej;

Cocceji (Henr. de) ad *Grotium* Tom. II.
pag. 230. seqq.

***) Veluti jure conservandi vitam. Hinc nullum parentibus jus absolutum pro arbitrio, statuendi de vita liberorum, *jus vitae et necis illimitatum*; nullum jus *moraliter impossibilia* postulandi, nullum jus *de religione liberorum* statuendi, si ad *judicii maturitatem* pervenerunt, idque genus alia.

Conf. *Hunefeld* (Frid. Lud.) *Meditatio de* juribus et potestate parentum eorumque auctoritate et officio circa religionem liberorum. *lenae* 1701. 4.

§. 444.

Hinc 1) ducitur novum pro jure edu-^{*tura pote-*}
candi perfecto argumentum (coll. §. 442.)
2) jus liberos vindicandi a quocunque 3)^{*statis pa-*}
jus de vitae genere liberorum statuendi *)^{*triae dome-*}
4) jus perpetuis reipublicae commodis et^{*sticæ.*}
officiis devovendi **) 5) necessitas consensus
parentum ad nuptias liberorum. ***) 6)
Quaecunque suis viribus acquirunt liberi,
parentum esse, non liberorum.

*) *Schwertner* (Io. Dav.) de quaestione,
utrum parentes liberos suos efficaciter de-
stinare possint ad certum vitae genus.
Lipi. 1686.

Wernher (Io. Balh.) de libera facultate in
eligendo vitae genere liberis permittenda.
Viteb. 1715.

**) Erit huius placiti usus in loco *de emigratione.*
X 2 ***) *Oel-*

***) *Oelmann* (Henr.) de necessitate et honestate consensus parentum ad nuptias, a liberis contrahendas. *Regiomont.* 1710. 4.

§. 445.

Restrictio §. 441. Obligationem parentum ad alendos liberos non esse perfectam, dictum §. 441. Cum vero tamen liberi gaudeant jure naturali absoluto conservationi vitae prospiciendi, quousque exercitium patriae potestatis liberos impedit, quo minus sibi ipsis necessariae vitae praesidia quaerere queant, jure perfecto a parentibus exigunt alimenta. Ceterum vero natura his jus est *liberos derelinquendi*.

Herm (Rud. Chrph.) diss. de expositione infantum. *Erford.* 1756.

§. 446.

An jura parentum in liberos alienari queant? Jura parentum in liberos *personalissima* esse, nec transmissibilia, horumque adversus illos obligationem ejusdem generis, iis, quae fere, quod ego sciam, adhibentur, argumentis mihi non persuadetur. *) Nec obstat §. 416. Immo potius cum omnia illa jura parentibus non ex consensu demum liberorum orientur, sed agnoscantur tantum, quo nexus socialis dici queat, *illa quoque jura alienari posse*, iusta opinio est, ergo et vendi **) oppignorari etc.

*) Conf. *Achenwall* P. II. §. 62. 63. *Grotius* L. II. c. V. §. 5. et *Coccejii* ad h. l.

**) *Schmidt*

*) Schmidt (Ib.) An parentibus liberos suos vendere liceat? Lipf. 1702. 4.

§. 447.

Patria potestas utriusque generis utriusque *Mors unius,* parentum communis, ut igitur, altero mor- *aut utrius-* tuo, *jure accrescendi* univerſa ſit in ſuperſti- *que paren-* te conjuge. Utroque autem mortuo liberi *tum quid* (extra civitatem) redeunt in ſtatum natura- *efficit?* lem, niſi adſit, in quem translata potestas intelligitur, veluti *tutor*, de quo deinceps.

§. 448.

*Societas parental*is eſt ea, quae parentibus *Societas pa-* cum liberis intercedit, tum ad educandi *rentalis.* conſilium ſpectans, tum ad propriam parentum utilitatem domeſticam, *inaequalis*, ſi, ad liberos referuntur parentes, *neceſſaria*, et ſi poſterioris ſcopi ratio habetur, *perpetua*.

§. 449.

Emancipatur latiori ſenſu, qui liberatur *Emancipa-* patria potestate parentum, eaque igitur aut *tio.* *correctoria* tantum, aut *domeſtica* ſimul, aut ipſo jure, unde *virtualis*, et *neceſſaria*, aut renuntiatione et conſenſu parentum, (ſive expreſſo, ſive tacito) unde *formalis*, *voluntaria emancipatio*. Qui autem ſint modi, quae cauſſae *virtualis*, quando *tacite* renuntiatum videatur, ex communibus de jure amittendo decretis facile definitur.

Dicatur 1) de *consensu parentum in matrimonium et separatam oeconomiam liberorum*, quousque *zacita* sit emancipatio? collatis iis, quae §. 435. dicta sunt de mutuo adjutorio.

2) De *adoptione*.

§. 450.

Tutela, Tutela continetur jure et obligatione educandi liberos parentum vice, adeoque omnibus *patriae potestatis correctoriae* juribus, unde inter *tutorem* et *pupillum* existit *societas tutelaris*, quae vario modo *oriri* *) potest, et iisdem, quibus *patria potestas correctoria*, *temporibus* et *caussis* finitur. (§. 442.)

*) Explicentur paucis *tutela legitima*, *dativa*, *testamentaria*, et *pactitia* genera, ex quibus sola *pactitia*, et, ex principiis *juris publici universalis*, *dativa* est *juris naturalis*.

Tutela spectatur aut ut *jus*, aut ut *obligatio* et *onus*. *Priori* ratione *tutela pactitia* esse *juris naturalis*, dubio caret. Si autem quaeritur, an *iusor pactitius*, mortuis parentibus, obstrictus sit ad *tutelam suscipiendam*, omnis res redit ad *quaestioem*: *An liberis ex pacto parentum sit jus quaesitum illud exigendi*, quod quidem hac demum ratione intelligi potest, si *parentes jus*, *ipsis quaesitum*, in *liberos transulerunt*.

Conf. *Iester* (Sigism. Chrph.) *dissertt. 2. de tutelis naturalibus*. *Regiom. 1734. 4.*

Wohlleben (Eman.) *generalia juris naturalis, et singularia quaedam de legitimatione, tutelis, etc.* *Basil. 1731.*

Cocceji

Coccejii (Sam. de) introd. diff. prooem. XII.
§. 184. seqq.

S. 451.

Unica relinquitur quaestio, *an liberi, non emancipati, sed sub patria potestate adhuc constituti, (nam de emancipatis negandum) perfecte obstricti sint ad alimenta parentibus procuranda, quod quidem ex ipsa potestatis patriae domesticae natura definire datur.* *An liberi parentes alere tenentur?*

~~—————~~

IVS SOCIETATVM DOMESTI-
CARVM VNIVERSALE.

CAPVT III.

DE SOCIETATE HERILI.

Confer. Schultze (Io.) de potestate herili. Ge-
dan. 1694. 4.

Brummer (Andr.) de societate herili. Lips.
1651. 4.

Teutscher de statu servorum, jure naturali li-
cito. Lipsiae 1722. 4.

Schott (Chr. Frid.) diff. de servitute apud
Romanos num juri naturae fuerit conformis. Tubing. 1755. 4.

Wiesand (Io. Steph.) diff. de ortu et pro-
gressu servitutis secundum jus Naturae et
civile. Lipsiae 1762. 4.

Schott (Cph. Fr.) de servitute Roman. an ju-
ri nat. fuerit conformis? in diff. I. N. T. II.

§. 452.

Monitum generale. Quam arduum sit, *stricti juris et externi, humanitatis s. aequitatis, et prudentiae* confinia haud miscere, in hoc de servitute in-
primis loco, vix uno alterove scripto evo-
luto intelligitur. Et fere illud evenire so-
let, ut quo quisque delicatiori humanitatis
sensu praeditus est, eo facilius in hoc ge-
nere peccet.

§. 453.

§. 453.

Qui pro alimentis ad operas domesticas praestandas ex statu (§. 361. **) perfecte obstrictus est, *famulus*, (ancilla) isque, si pro alimentis merces substituatur, *mercenarius* appellatur. Cui praestat operas, *herus*; *societas*, quae hero cum famulo intercedit, *herilis* vocatur.

Famulus, herus, societas herilis.

§. 454.

Famulus vel ad omnes, quae per vires ipsius et leges praestari possunt, (physice et moraliter possibiles) operas, vel certi tantum generis, aut perpetuo, aut ad tempus tantum obstrictus est. Qui ad certas tantum ac temporarias, *famulus libertor*, qui ad perpetuas, vel omnes, vel certas, *restrictior* vocatur.

Famulus libertor, restrictior.

§. 455.

Servus strictiori vocabuli potestate, (nam latiori aequale est famuli appellationi), est famulus restrictior eius generis, qui ad omnes operas et perpetuas obstrictus sit, (*servus perfectus et perpetuus*.) Huius herus est *despota*, *dominus*, eius *potestas dominica*, *societas domini ac servi dominica*.

Servus, potestas dominica, societas dominica.

*) Si *servum perfectum* eum interpreteris, qui omni adeo jure, relatus ad dominum, destitutus, nihil, quod *suum* dicere liceat, haberet, sed *rei* loco ac numero haberi et tractari posset, ne in foro quidem externo ullam huius conditionis exculationem et causam invenire licet.

licet. Quodsi vero perfectum servum eum tantum esse intelligas, qui obstrictus est ad utilitatem domini omni vitium contentione; omnibus, quibus potest, operis promovendam, salvis juribus naturalibus illis, sine quibus homo nec intelligi potest, tantum abest, ut haec servitus pugnet cum iustitia, ut potius eide; etiam necessariae, titulus satis iustus dari possit ex jure belli reparativi.

Immo ipsi liberi sunt *servi parentum* hac sententia. Per Cap. praeced. (§. 443. 444.)

Conf. Grotius L. H. c. V. §. 27.

§. 456.

Cuius sit, quod servus acquirat suis viribus? Domino *servi striete s. d.* (§. praec.) est jus ex omnibus servi operis et viribus utilitatem in pertuum percipiendi. Ergo quicquid eiusmodi servus *suis viribus et operis* acquirat, producat, acquiratur domino. Est igitur domino jus per servum acquirendi.

§. 457.

Liberi servorum an ipsi servi? Liberi, ad parentes relati, si rem exigamus ad principia fori externi, per ipsam natiuitatem, sunt servi perfecti, ac perpetui, adeoque servi striete s. d. parentum. (§. 443. 455.) Cum igitur domini jus sit ex omnibus servi et ancillae operis et viribus utilitatem percipiendi; quam ipsi parentes servi generatione acquirerent, potestatem in procreatos, ea domini esse ipsius intelligitur. Hinc mihi naturale esse videtur, ut *servorum liberi sequantur conditionem parentum.* Dan.

Dantur *vernæ* Iure Naturæ, datur *servitus procreata*, quam opponunt *originariæ*.

Facit nobiscum *Cocceji* (Sam. de) Introd. diff. proem. XII. §. 745. et ad *Grotium* L. II. c. IV. §. 29. Contra sentiunt *Achenwall* H. §. 75. *Feder. Lehrbuch der prakt. Philof. Naturrecht* §. 55. *Besac* (Gottl. Christ.) de sobole *servorum libera*. Lipsiæ 1754.

Si patria potestas domestica revera est dominica (§. 443. coll. 455.) si transmissibilis, nec personalissima, (§. 446.) si teneatur accurate notio servi stricte i. d. (§. 455.) non video, quid his fuentis, ac datis, magis consequens sit, quam ut *servorum liberi sequantur conditionem parentum?*

§. 458.

Servus aut *voluntarius* est, aut *necessarius*. *Servus voluntarius*, hic aut per *nativitatem*, (§. praec.) *lunarius*, aut jure belli, unde *mancipia*. *Ius domini necessarius* in *servum voluntarium*, quippe qui ipse hunc sibi dominum delegit, est personalissimum, nec transmissibile, contrarii generis autem *jus in necessarium*.

§. 459.

Servus voluntarius jus *alimenta* postu- *Servus a do-*
landi ex pacto, *necessarius* ex jure vitae *mino laedi*
conservandae habet, quatenus *exercitium* *potest.*
potestatis dominicae impedit, quo minus
sibi ipsi de alimentis prospicere valeat. *Man-*
cipium

cipium ipsum suis adhuc juribus naturalibus absolutis gaudet, sine quibus hominem intelligere non datur, adeoque a domino laedi potest. *) Dantur *gravamina* etiam servi contra dominum. Est enim gravamen laesio, a superiori inferiori illata. Jura servi, a domino laesi, judicantur ex §. 384. et 423.

*) Contra *Hobbesium* de Cive. C. VIII, §. 7.

§. 460.

Manumissio *Manumissio stricte s. d.* vocatur, quando dominus servum ex potestate sua dominica dimittit, quo ipso servus compos evadit libertatis naturalis. Manumittens *patronus*, manumissus *libertus* (libertinus) vocatur.

Dicatur 1) de jure patronatus, alio *domini, relati ad libertum*, alio *parroni, relati ad clientem*, alio in *sensu ecclesiastico*,

2) de discrimine vocabulorum: *Liberti* et *Libertini*.

Libertus nimirum idem dicitur, si refertur in sermone ad manumittentem, veluti, *est meus libertus*, est *libertus Maecenatis*; *libertinus* autem, ratione habita status, nulla ratione habita in contexta oratione manumittentis. Vid.

v. *Selchov* in *Elementis Iuris Romani Antejustiniani*.

3) de *hominibus propriis*.

IVS SOCIETATVM DOMESTICA-
RVM VNIVERSALE.

CAPVT IV.

DE FAMILIA S. DOMO.

§. 461.

In summa huius vocabuli *ambiguitate* duplicem tantum eius potestatem hic notasse iuvat, ut *aut* sit nexus personarum, ex matrimoniali quadam societate concipiendus, *aut* ipsa domestica societas stricte s. d. seu domus. (§. 425.)

*Familia
quae sit?*

Conferatur: *Pertsch* (Io. Georg.) Entwicklung des Begriffs einer Familie nach dem natürlichen, Römischen, und Teutschen Rechte. Francof. ad Moen. 1761. 8.

Quid est, quod differat *familia perfecta* ab *imperfecta*?

§. 462.

Membra familiae, pro domo acceptae, *Membra* sunt: 1) *conjuges*, pater et mater familias, *miliae*, do-
2) *domestici* late s. d., aut liberi, filii et fi- *mestici*, ca-
liae familias, aut servi et famuli, *domestici* *put* fami-
stricte s. d. ab *inquilinis* distinguendi. (§. *liae*.
275.) *Imperium in familia* utrique conjugum
per se commune 1) quoadliberos 2) quoad
domesticos stricte s. d. si societas herilis mu-
tuo conjugum consensu orta est. Sed fieri
etiam potest, ut ex pacto soli patri familias,
aut soli matri familias competat. Ipsa autem
uxor

uxor per se domesticorum numero non est. Ceteroquin imperanti societatis domesticæ, *capiti familiae*, sive sit unus, sive persona moralis, insunt omnia jura imperii, generatim sic dicti, et quatenus alii imperio non subest, majestas late s. d. competit (§. 417. *)

§. 463.

Consanguinitas.

Affinis est huic de *familia* (significatu priori) loco alius de *Consanguineorum* nexu et *Affinium*. Est autem *Consanguinitas* (Mengenchaft, Blutsverwandtschaft) *legitima*, vel *illegitima*, nexus personarum, ex generatione legitima, vel illegitima, concipiendus, aut generantes inter atque generatos, unde *linea consangu. recta, ascendens, vel descendens*, aut ipsos inter generatos, quatenus a stipite communi, certe remotius, pendent, unde *linea collateralis, seu obliqua, aequalis, vel inaequalis*, in qua inprimis illa species noranda, ubi obtinet *respectus parentelæ*.

Dicatur 1) de discrimine *agnatorum* et *cognatorum*.

2) de gradibus et modis computandi gradus Consanguinitatis.

3) quinam maxime *naturalis* sit et *generationis*, non pro *actu*, sed pro *gradu* acceptæ, notioni consentaneus? Quæ profecto virtus non deprehenditur in modo computandi juris civilis in *linea collateralis*, propius autem ad modum computandi naturalem et simplicem accederet Jus Canonicum, dummodo in *linea inaequali* utriusque personæ distantia a stipite communi exprimeretur. Quid autem sit, quod

quod in linea recta nulla diffidia in modo computandi existant, facillimum intellectu.

Wolff (Chr.) Tractatio peculiaris in horis subsecivis Marburgensibus. *Juris Naturae* P. VII. §. 584. 599. et *Instit. Juris Nat.* §. 882. collatis iis, quae suader

Boehmer (Ge. Lud.) in principiis Juris Canonici §. 389. edit. tertiae, cum iis, quae contra movent

Koch (Io. Chph.) in Examine novae regulae computationis graduum canonicae, in eius opusc. Juris Canonici, Compendium Boehmerianum illustrantibus, n. IV. Conf. etiam

Schleiermacher (Io. A.) Rechte der Menschheit. p. 432. sqq. edit. 1mae,

§. 464.

Affinitas autem vere s. d. est nexus alterius personae concumbentis cum alterius consanguineo quodam, ipsa quoque pro ratione concubitus *legitima*, aut *illegitima*. De qua haec notasse sufficiat: *Affinitas.*

1) In qua linea et quo gradu consanguinitatis aliquis iunctus est huic personae concumbenti, in eadem linea, et eodem gradu affinitatis alteri concumbenti personae junctum esse.

2) Inter consanguineos vero ipsarum personarum concumbentium nullam intelligi affinitatem.

Dicatur

Dicatur etiam et iudicetur panis de tribus, quae quidam loquuntur, *affinitatis generibus*.

Est nimirum *primum affinitatis genus* illud ipsum, quod modo interpretati sumus, cum *secundo generis* affinitas sit nexus alterius personae concumbentis cum alterius affine quodam primi generis, *tertio tandem generis*, nexus alterius personae concumbentis cum alterius affine secundi generis. Sed cur de tribus tantum, nec pluribus generibus dicunt?

§. 465.

*De successio-
ne ab inte-
stato ex ju-
re familiae:
I) ex mente
Henr. de
Cocceji.*

Nisi cui me vivo jus quoddam quaesitum sit ac proprium succedendi in bona mea, haec, me extincto, rerum nullius jure cedere primo cuique occupanti, satis superque demonstratum. Neque voluntatem unilateralem expressam, aut praesumptam defuncti, jus alicui proprium tribuere, satis effectum videtur. Quidam igitur, de naturali tamen successionis ab intestato titulo solliciti, eum aliquem invenire sategerunt, ex quo certe *descendentibus*, ab ultimo nativitatis momento, *proprium aliquod jus* quaesitum sit occupandi bona defunctorum parentum.

Ac primum quidem prodeat *Henr. de Cocceji* ad *Grotium* L. II. c. VII. §. 3. cuius disciplinae, etiam in *Introd. dissert. prooem. X. §. 9 — 11.* expositae, summa fere haec est:

I) Per se naturale quoddam jus est, omnibus commune hominibus; occupandi aliquid ac suum efficiendi, ita ut sine hoc jure homo intelligi nequeat.

II) Antequam terra occupata ac divisa esset, non opus erat, liberis praecipuum ali-
quod

quod jus tribui in bona parentum, sed haec potius, mortuis parentibus, erant res nullius juris, primo cuique occupanti cessurae.

III) At in statu terrae occupatae *necessario*, in locum juris occupandi communis, surrogata est *successio descendendum*; non aliorum consanguineorum, in bona parentum, quia alias istis non amplius salvum esset jus aliquid occupandi, suumque efficiendi, adeoque necessariam esse hanc successionem ex necessitate medi.

IV) Ius hoc ipsum (succedendi post obitum parentum) incipit cum ipsa nativitate, adeoque transmittitur in nepotes, et ulterioris gradus descendentes, s. valet *jus repraesentationis*.

V) Neque vero tamen illud ipsum jus conflatum quasi liberorum succedendi ab intestato vel minimum derogat *liberrimae parentum de rebus suis inter vivos disponendi facultati*.

§. 466.

Sed omnis haec disciplina corrumpitur, sub. *Refutatio*.
 versa propositione tertia. Nam

1) quis dederit, *negato jure proprio* succedendi in bona ipsorum parentum, omne jus eripi, vel omnem tantum materiam aliquid occupandi. Nam a) relinquitur jus, licet non *proprium*, liberis, si alios praeventiant, occupandi bona ipsorum suorum parentum.
 b) Ius occupandi bona aliorum defunctorum,
 Y quam

quam primum vacant; ita ut vigilantibus non tantum jus omnino non desit, sed nec occupandi materia.

2) Ne hoc quidem remedium illud praestaret, cui inventum esset, veluti si parentes inopes sint, atque egeni. Nec sufficiunt, quae ad occurrendum huic ipsi dubitationi, habentur *diff. prooem. X. §. 10. not.*

Quoad *propol. V.* interna quadam pugna laborare videtur, nec sibi ipsi satis constare haec disciplina, tamen et huic ruinae occurrere Auctor voluerit *§. 11. not.*

§. 467.

2) *in mem. de Sam. de Cocceji.* Melius aliquid excogitasse sibi visus est Samuel de Cocceji in *differt. prooem. XII. §. 250. sqq.* qui et ipse nonnisi *descendentium*, minime vero *ascendentium*, aut *collateralium*, jus aliquod succedendi ab intestato (in patris bona, non vero matris) repetit ex quodam *codominio*, quod liberis statim ab natiuitate competat in bona parentis, *transmissibile* igitur, ut et hic valeat *jus repraesentationis*, licet *quiescens*, quoad vixerit pater, immo et suo modo *revocabile*. Ipsum vero hoc *codominii* genus, seu, quocunque nomine appellare placuerit jus illud liberorum proprium in bona parentis, repetit ab ipsius voluntate et voto, ut per liberos continuentur familiae jura. Ita enim ille *§. 281. 3.* *His principiis positis, omnis successionis naturalis ratio in aprico est. Pater enim ea intentione so-*
ciam

ciam procreationis sibi assumit, ut corpus aliquod familiae constituat, atque liberos progeneret, qui familiam propagent, i. e. in jura familiae, ipso mortuo, succedant.

In eadem sententia est *Schlettwein* l. c.

§. 468.

At si vera sunt, quae §. 303. constitui-
mus, et a quibus iam aliquoties profecti
sumus, initia, quomodo ipsa illa patris vo-
luntate unilateraliter in liberos statim a nativitate
jus aliquod transferatur, profecto non intel-
ligitur. Prima enim aetate acceptare non
valent. E. neque naturali ratione intra hos
annos jus in illos transit. Ex quo autem
tempore acceptare valent, jus illud praeci-
puum in bona parentum esset ex pacto,
minime vero *successionis ab intestato titulus*
quidam. Hinc neque illud *codominium*,
nisi aut pactum inter parentes et liberos,
aut legum civilium auctoritas advocetur,
naturaliter ullum esse, puto.

§. 469.

Agmen tandem claudat *Cel. Fried. Chrph. 3) Fischeri*
Jonathan Fischer, im Versuch ueber die Ge-
schichte der teutschen Erbfolge. I. Band.
IIItes Hauptstueck. p. 48. qui et ipse cum
Sam. de Cocceji successionem ab intestato su-
perstruit *codominio* liberorum, huius ipsius
autem originem non ad voluntatem paren-
tum refert, sed ad voluntatem populi, ter-
ra

ras occupatas familiis distribuentis. Ita enim ille: *Nach meiner gegebenen Eroerterung glaube ich vielmehr, daß das Volk bey der buergerlichen Anweisung der Erdtheile sie den Eltern unter der Bedingung uebertrug, die Kinder daran Theil nehmen zu lassen etc.*

§. 470.

*Dijudica-
tur.*

Vt autem taceam, hunc successionis a. i. titulum tantummodo in fundos quadrare, (coll. §. 154.) 1) cum sit ex voluntate populi, non est ille *naturalis*, quem nos quaerimus. 2) Deinde, quomodo ipsum hoc factum satis confirmari potest: Dominia, aut si ma-
vis, possessiones particulares temper ortas esse per assignationem populi, post occupationem, ab universitate susceptam? 3) quod si vero tandem hoc liberorum codominium referri debet ad codominium universi generis humani, videatur §. 154.

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO QVARTA.

IVS CIVITATIS DOMESTICVM

VNIVERSALE, INPRIMIS

IVS PVBLICVM VNIVERSALE.



IVS CIVITATIS DOMESTICVM.
VNIVERSALE.

§. 471.

Ius Civitatum universale, jus sociale, tra-
ductum ad civitates, quemadmodum hoc
ipsum, aut *domesticum* erat, aut *extraneum*.
(§. 17.) *Huius* praecipuus locus est de *Iu-
re Gentium universali*, quem Sect. Vta per
sequi instituimus. Illud vero, prouti aut
versatur in statu *publico* (interno, politica ci-
vitas) considerando, (h. e. iuribus et obli-
gationibus imperii civilis, et quae illis re-
spondent, subditorum iuribus et obligati-
onibus) aut *privato*, (h. e. eo, quo privati sibi
invicem devincti tenentur, jure) ita ipsum
aut *publicum* est, aut *privatum*.

*Quid jus ci-
vitas do-
mesticum,
publicum
privatum,
extraneum.*

Cum status civitatis publicus alius internus sit,
alius externus, inde est, quod quidam iuris
publici nomine ipsam etiam gentium jus com-
plectantur.

Dicatur etiam de *discrimine* et *conjunctione* iuris
publici universalis et *politicae publicae*.

Y 4

§. 472.

Notitia
scriptorum
totius juris
civilitatis.

Praeter fontes notitiae scriptorum Iuris Naturae omnino, supra monstratos, extat:

Bibliotheca juris imperantium quadripartita, seu Commentatio de scriptoribus jurium, quibus summi imperantes utuntur, Naturae et Gentium, publici universalis, et principum privati. Norimb. 1727. 4.

Nominasse sufficiat:

Huberi (Ulr.) de jure civitatis L. III. cum commentariis Nic. L. B. de Lynker, supplementis cura Io. Christ. Fischer. 1752. 4. Francof. et Lips.

Ejusd. Institut. reipublicae Francof. 1698. et Tom. I. operum Huberi minorum, a quodam *Wieling* editorum. Traject. ad Rhen. 1746. 4.

Burlamaqui (Iac.) Principes du Droit politique. Genev. 1751. 4. vid. p. 26.

IVRIS CIVITATVM DOMESTICI
VNIVERSALIS.

PARS. I.

*Ius civitatis domesticum publicum
universale.*

Praecipui quidam in hoc genere scriptores
sunt, licet non semper servatis Iuris pu-
blici terminis:

Bodinus (Io.) de republica L. IV. Lutet.
Par. 1684. fol.

Hobbesius (Thom.) Leviathan s. de civitate
ecclesiastica et civili. cit. §. 27. 2. b.

Locke (Iohn) Two treatises of Government.
edit. 5ta. Lond. 1728. eiusque Gallica
translatio: *du Gouvernement civil*, par
Msr. Locke. Amsterdam. 1755. 12.

Boehmer (I. H.) Introductio in Ius publicum
universale. edit. 2. 1726. 8. Halae.

Wolf (Chr.) Pars VIII. Iuris Naturae,
de imperio publico, s. Jure civitatis. Ha-
lae 1748. 4.

Rousseau (Jean Jacques) du contract social,
ou principes du droit politique. Amstelod.
1760. 12.

Iusti (Io. Henr. Gottl. de.) Natur und We-
sen der Staaten. Berl. 1760. 8. cum not.
Excell. Scheidemannel, Mitau. 1771. 8.

Kahrel (Frid.) *Ius publicum univ. Gieff.*
Gieff. 1765. 8.

Systema Iuris publici Universalis, quod sub
directoratu D. Franc. Iol. *Heinke* publ.
disquis. submittit Mich. Car. S. R. I. Co-
mes de *Kaunitz*. Prag. 1765. 4. cuius Au-
ctor *Schrodt* (Frane. Lothar. novam edit.
curavit Bamberg. 1780. 8.

Martini (Car. Ant.) *Positiones de jure civi-*
tatis. Vind. 1786. edit. 2. 1773. 8.

Scheidemantel (H. G.) *Staatsrecht nach 'der*
Vernunft, und den Sitten der vornehm-
sten Voelker betrachtet. Tom. III. Ienae
1770. seqq.

Ejusd. *Allgemeines Staatsrecht ueberhaupt*
und nach der Regierungsform. Ienae
1775. 8.

S. 473.

Ius publ.
univ., absolu-
tum, hypo-
theticum,

In Iure publico civitatis domestico status
publicus consideratur, aut ratione habita-
varietatis civitatum, aut tantum civitatis in
genere. Inde *jus publicum universale absolu-*
tum (generale) et *hypotheticum*. (speciale)
quod cave confundas *particulari*.

Non est, quod multi simus in utilitate Iuris
publici universalis asserenda. sed potius de-
legamus ad

Boehme-

Boehmeri (I. H.) Introd. in Ius publ. univ.
L. I. c.

Stegeri (Adrian) dissert. de jure Naturae, juris publici Imperii Romano - Germanici principio. Lips. 1747. 4.

Brunquell (Ip. Sal.) Gedanken vom allgemeinen Staatsrecht, und dessen hoechst nuetzlichen Excolirung, in seinen kleinen Schriften. I. Band. p. 131. 1qq.

Nettelblatt (Dan.) vom rechten Gebrauch des allgemeinen Staatsrechts in der teutschen Staatsrechtsgelahrheit. no. 2. in dessen Eroerterungen einiger einzelnen Lehren des deutschen Staatsrechts. 1773.

CAPVT I.

CAPVT I.

IVS PVBLICVM VNIVERSALE
ABSOLVTVM.

TIT. I.

*De natura et constitutione civitatis
generatim.*

§. 474.

De origine civitatum. Solemne est, ac frequens, ut de *Civitate* exposituri de *origine civitatum*, ex historia et coniecturis altius repetenda, solliciti sint, eoque in inveniendo proprio instituendarum civitatum consilio, et ipsa communi civitatis forma constituenda, multum adiuvari sibi videantur. Sed quemadmodum ultima civitatum origo non una eademque fuit, sed varia, varia etiam occasio, ac disjuncta saepe consilia, ita et hoc modo non ipse, qui quaeritur, *finis operis*, hoc est, iustus, et rationi consentaneus, sed ad summum *fines operantium* tantum inveniuntur, ut cum schola loquar. Neque etiam incunabula civitatis, ac tenuia initia sunt ipsa civitas, neque adeo illorum occasio atque consilium, simplex interdum, pro ipso absolutae civitatis consilio ac scopo haberi potest. Quin immo illi ipsi, quod initio propositum erat simplex, alia successu temporis consilia adjuncta sunt, et ipsa tamen ad communem felicitatis externae cogitationem relata *). Illud

lud tamen ex §. 361. satis certum ac effectum, est, quaecunque fuerint incunabula et initia, quaecunque consilia, societatem civilem, imperium civile, subiectionem civilem ante aliquod pactum h. e. absque *consensu expresso*, aut *tacito*, intelligi non posse.

Varia variorum de origine civitatum judiciorum recenset.

Puffendorf. L. VII. c. II. §. 5. sqq. *Darjes* Discours ueber sein Natur- und Voelkerrecht: ad §. 1. Iur. publ. Un. *Scheidemantel* im Staatsrecht, maioris operis T. I.

In praelectionibus de ipsis, *Hornii*, *Hobbesii*, *Puffendorfit* aliorumque sententiarum judicetur, et omnino ad hunc locum conferantur:

Krumbholtz (Car. Frid.) dissert. de Civitatum origine. Ienae 1711.

Ferguson's (Adam) History of civil society, in vernac. transl: Versuch ueber die Geschichte der buergerlichen Gesellschaft. Lipsiae 1768. 8.

Home (Henr.) Versuch ueber die Geschichte des Menschen, ex anglico sermone transl. 1774. et 1775. II. Tom. 8. imprimis Libr. II.

Zambaldi storia dell'uomo.

Goguet de l'origine des loix. L. I.

Hausens (Car. Ren.) Versuch einer Geschichte des menschlichen Geschlechts.

*) Aliud

*) Aliud aliquid est *cognitio originis primarum civitatum omnino*. Aliud cognitio accuratior et historica originis, et progredientis cum tempore *politicae civitatis cuiusdam singularis*, quae in *jura publico particulari* huius civitatis maximi momenti est.

§. 475.

Civitas, res publica late s. d. quae sit?

Quemadmodum aequalis plurimum familiarum societas communium periculorum avertendorum, adeoque securitatis externae consilio tantum inita, *Anarchia*, ita maioris numeri*) hominum, (*familiarum***) felicitatis publicae externae***) gratia, cum communi imperio*) confociatio *civitas*, (res publica late s. d.) sensu politico⁴⁰) eiu *Staat*, appellatur.***)

*) Conf. *Thomasius* de minimo numero personarum familiae et civitatis.

**) Quaesitum, An omnis civitas requirat familias? *Familiarum nomine* proxime capita familiae intelliguntur.

***) *Felicitatis publicae externae* tametsi infinitae partes sint, ad haec tamen capita commode revocari possunt. 1) *Securitatem*, tam *externam*, seu stricte s. d. quam *internam*, s. tranquillitatem, ad quam etiam pertinet facilior et commodior *juris distributio*, controversiarumque exitus haud cruentus. 2) *Sufficienciam*, tum ad necessitates, commoditates et jucunditates vitae singulorum, tum et ad onera publica ferenda.

Repetantur superius dicta de *salute publica*, et *privata* §. 367. 368.

Feli-

Felicitas ipsa externa, scopus civitatis, necessario tamen etiam requirit curam quandam internae, tanquam medii. Dicatur de virtutis et religionis habitu ad civitatem.

Explicetur etiam, quid sit, quod *Grotius L. I. c. 1. §. 14.* civitatem dicat *coesum perfectum* & coll. *Gronov. ad h. l.*

*) *Commune imperium non subjective, sed objective accipiendum, hoc est tale, quod ad omnia pertineat, quae cum felicitate externa quandam conjunctionem habent, res pariter et personas. Non omnis civitas ex usu loquendi summum requirit imperium.*

*) *Civitas in sensu geographico est territorium civitatis. Atque hic imprimis notetur illa varietas, qua territorium reipublicae aut per occupationem ab universitate, aut per occupationem, a singulis, qui postea in civitatem coiverunt, antea susceptam, ortum est. In civitate esse ambiguae est potestatis. Nunc enim in civitate esse ille intelligitur, qui est civis, membrum societatis civilis, nunc omnis, qui est in territorio civitatis, sive civis, sive extraneus. Ipsius etiam civis nomen anceps est, nunc latius, nunc strictius accipiendum. Neque civis et subditus vocabula aequalia sunt, cum civis aliquis esse possit, non subditus, et subditus, qui non idem sit civis.*

Tandem, ne quid praetermissum videatur, dicatur etiam de ambigua vocabuli *populus* potestate.

*) Confer. *Hoffmanns (Gottfr. Dan.) von dem wahren Begriff des Wortes: Staat. Tub. 1767.*

Anarchiae et civitatis differentia non est ex eo, quod illa aequalis, haec inaequalis sit conjunctio, cum et haec, veluti in Democratia perfecta,

fecta, aequalis fit, sed 1) potissimum ex consilio utriusque societatis, quod multo latius patet in civitate, quam Anarchia. 2) In Anarchia pacis tempore Tuò quisque ingenio vivit, non autem communibus legibus. Neque 3) omnino talis in Anarchia communio et distributio juris, qualis in civitate. 4) Si tempore belli aliquis imperium stricte s. d. consequitur, est tamen temporarium tantum et cum ipso bello finitur.

§. 476.

*Imperium civile est omnimodum, (§. 417.) sed ipsis felicitatis publicae externae legibus ac terminis temperatum **). *Libertas civilis.* *Imperium civile non est despoticum, seu* *subiectio igitur civilis temperata est,* *ita ut civi subdito libertas quaedam civilis**)* *tribuenda sit in iis, quae sunt civiliter indifferens.* *Civis subditus non est servus, stricte s. d.* In dubio tamen, sitne quid civiliter indifferens, nec ne, potior est sententia imperantis. (§. 421.)

*) Argumento vel haec pauca sunt: Sine dubio *felicitatis publicae interest*, ut quam minimum diminuat *libertas naturalis*, h. e. ius de nostris rebus, viribus et actionibus disponendi.

**) Conf. *Cato's Letters or Essays, on Liberty civil and religions, and other important subjects.* By *Mr. Tranchard* and *Gordon*. London, edit. 5^{ta} 1749. IV. Tom. 12. in vernac. transl. *Inscriptio: Cato, oder Briefe von der Freyheit und dem Glück eines Volkes unter einer guten Regierung.* Goett. 1746. 4. Tom. 8.

Francis

Francis Gratian: Religious and political liberty. London 1754. 4.

Essay politique sur la véritable liberté civile. Londres 1771. 8.

§. 477.

Societas civilis sine pactis intelligi nequit. De numero dissentiunt, *) verbis factis magis, quam re. Simplificissime omnia revocare licet ad pactum quoddam univ^{ers}is civilis, pactum, quod vocant, ordinatioⁿis, quo forma civitatis et interior eius constitutio magis definitur, ac tandem subjectionis civilis, quod, latius acceptum, ut hoc occupem, etiam in *Democratia*, ubi singuli se subijciunt universis, strictius autem obtinet, si imperans est persona physica, aut moralis, a populo distincta. Neque hic tantum inter ipsos subiectos, sed et cum imperante illud de subiectione pactum initum est.

Quibus pactis civitas constituitur?

*) Explicentur diversae aliorum, *Habbesii*, (inprimis, quid sit, quod abhorreat a pacto ipsius imperantis cum subditis.) *Huberi*, *Puffendorffii*, *Boekmeri* etc. sententiae, et conf.

Hertius (Io. Nic.) de modis constituendi civitates. Gieff. 1685.

§. 478.

Atque originarios quidem cives (§. 381.) his pactis perpetuo obstringi, nec ipsis pro lubi.

Quoniam cives originarios, eorumque posteror^{um} haec pacta stringent?

Z

lubitu a societate civili recedere integram esse, nisi *diserte* huic libertati prospexerint, ex §. 366, 387. intelligitur, nec verendum, *ne cives hoc modo servorum conditione sint*. Sed de *posteris* eorum dubitatur. *) Qui mihi tamen, si vera sunt, quae §. 444. n. 4. de patria potestate domestica disputavimus, et si cogitemus, ad quae per §. 365. quilibet socius tacite obstrinxisse se intelligatur, *per ipsam nativitatem civitati sacri esse videntur.* Eorum scilicet, quae de hac quaestione mihi placent, summa fere haec est: *Cives originarii* jure gaudent liberos suos perpetuis reipublicae officiis et commodis consecrandi, et ex §. 365. ad idem obstricti esse videntur. Descendentium horum primi gradus, cum per ipsam nativitatem cives sint, eadem erga civitatem obligatio, quemadmodum idem in ipsorum liberos juris. Et sic de ceteris. **)

*) Alia omnia sentiunt: *Grotius* L. II. c. V. §. 24. *Henr. de Cocceji* ad h. l. *Boehmer* (I. H.) *Jur. publ. univers.* L. III. c. II. §. 18. sqq. *Feder* *Lehrbuch der pract. Philosoph. Recht der Natur.* §. 61. et in *Grundlehren zur Kenntniss des menschlichen Willens.* §. 43. *Loebel* (Ren. Goth.) *de jure hominum apte usum rationis.* Lips. 1788. Sigillatim in hoc argumento versatus est.

Schultze (Io. Nath.) *de sobjete civium, ab origine libera.* Lips. 1758. 8.

Cella

Cella (Io. Iac.) in freymüthigen Aufsätzen
M. B. Orold, 1786. n. I. Auswande-
rungsfucht und Auswanderungsfreyheit der
Teutschen.

Nobiscum facit:

Badinus de republica. L. I. c. VI. *Darjet*
Instit. Iurispr. Natur. §. 740. *Nettelblatt*
§. 1192. *Hildebrand* (Henr.) de intempe-
tivo civium discessu cohibendo. Alt. 1716.

Payley Grundsätze der Moral und Politic.
ex Angl. transl. a Cel. Garve. Lips. 1787.
8. maj.

***) Hinc etiam judicare licet de illa quaestione:
cives esse oporteat homines sui juris? Quod qui-
dem concesserim de civitate constituenda, non
autem constituta.

***)) Ex his constitui potest de *jure emigrationis*
voluntariae, quemadmodum ex §. 388. de *jure*
emigrationis necessariae s. imperatae, quousque
hic locus est Juris publici universalis. Historice
tamen dicatur de emigrationis jure, ex LL.
Imp. et de jure emigrationis voluntariae et ne-
cessariae religionis causa, ex instituto pac. Gues-
t. phal. et conf.

Rudolph (Io. Chr.) Observaciones de jure
emigrandi et transmigrandi subditorum,
eorumque expulsionem et transplantationem
in generis. Erlang. 1755.

Hirsch (Frid.) de jure emigrationem prohi-
bendi et circumscribendi. Goetting. 1788.

*Potestas ci-
vilit, impe-
rium civile.*

Imperii civilis nomine, latius accepto-
omnem potestatem civilem complectuntur,
omnia societatis civilis jura, five *socialia*,
five *contracta*, cum *strictius* sit pars tantum
potestatis civilis, (quemadmodum superius
de societate omnino vidimus) distincta a
dominio civitatis, a *jure magistratus*, parte
imperii civilis, ab eo, qui ipso imperio gau-
det, alicui subordinate concessa, etc. Eo-
demque modo *potestatis civilis* appellatio qui-
busdam aequiva est *imperii solius* vocabulo,

*Majestas,
jura ma-
jestatica.*

*Potestas civilis summa, *)* (imperium civi-
le summum) alii potestati civili, alii impe-
rio humano, non subordinata, *majestas stricte*
f. d. (§. 417.) realis quidem, **) *souverani-*
tas, juraque illius *majestatica*, ***) appellan-
tur. Atque haec, prouti aut ad negotia do-
mestica spectant, aut extranea, ita aut *im-*
manentia sunt, aut *transientia*.

Conf. *Wedekind* (Rud.) *diff. juris Naturae*
de majestate, vera scil. eius notione, et
pendentibus inde affectionibus. *Goettlag.*
1746. 4.

*Civitas libe-
ra, non libe-
ra.*

*) *Civitas*, cuius potestas civilis est *summa, libera*,
cuius non est, *non libera* appellatur.

**) *Verbalis majestas* esset nomen et elogium ma-
jestatis, *personalis* autem illi singulari socio tri-
buitur, in quem ipsa potestas civilis summa
translata, ipsa majestas realis. Alia huius divi-
sionis vis tolerari nequit. Conf.

Cpleri

Colert (Christ. Matt) disput. de divisione majestatis in realem et personalem. Ienae 1686. 4.

***) Latius patet *regalium* nomen, quam *jurium majestaticorum*. Illud enim 1) juribus etiam *potestatis civilis non-summae* inhaesit. 2) Tum illis tributum est, sine quibus imperium civile plane intelligi nequit, *regalibus majoribus*, tum illis, quae soli quidem imperanti competunt, quae tali, neque vero tamen cum imperio civili necessario connexa sunt, *minoribus*. Vid. tamen Io. Iust. *Schierschmidt* Elem. Jur. Nat. §. 510. cor. 3. 4. et *Boehmer* l. c. Part. gen. c. V. §. 12. not. l. *Gundling* p. 430. §. V. *Cocceji* ad Grot. II. 356. addit. Alia adhuc significatio *jurium regalium*, a *popularibus disjunctorum*, vid. §. 564.

Scripta de regalibus copiose recenset *Meister* hac voce.

§. 481.

Potestas civilis (imperium civile) aut *plena* est, aut *minus plena*, utraque aut *absoluta* et *illimitata*, aut *limitata* et *restricta*, quod quidem, salva *summitate*, s. *majestate*, fieri posse intelligitur. Potestate imminuta, et restricta, *summitas non statim imminuitur*.

Conf. *Boehmer* I. P. V. L. I. c. IV.

§. 482.

Omnis *Majestas naturalibus* suis continetur *terminis*. §. 417. et 476. Sed et *limites contingentes* adiungi, haud repugnat (§. praec.)

praec.) Imperanti, etiam absolutissimo, tamen incumbunt *obligationes quaedam publicae perfectae*, quibus respondent *jura populi et subditorum perfecta*.

Dicatur de *Hobbesianismo* et *Machiavellismo*, eiusque praesidiis, tum philosophicis, tum ex ipso etiam instituto divino illo, s. *jure*, quod vocatur, *regio*: 1 Sam. VIII. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Cypriani (Ern. Sal.) diff. de jure regio ad Grot. I. 4. §. 3. Helmstad. 1699.

Scriptores copiose collegit Meister voce: *Princeps*.

§. 483.

Regimen, *Regimen civitatis*, *regimen publicum*, est *rector civi-* exercitium potestatis civilis, quod cui tribu-
satis. tum est, vocatur *rector civitatis*, sive ipsa potestate gaudeat, sive tantum exerceat, sive *suo nomine*, sive *administratorio jure*. *Regimen aut plenum*, aut *minus plenum*, aut *limitatum*, aut *absolutum*.

Occupetur aliquo modo locus de *vicariis*, sigillatim de *curatoribus regni*.

§. 484.

Subjectum In civitate, quae sibi ipsi originem de-
potestatis ci- bet, potestas civilis, plena, absoluta, sum-
vilis. ma, adeoque majestas, regimen quoque plenum, et irrestrictum, *originarie* h. e. nisi diserte aliter conventum sit, competit toti populo, h. e. dicere, capitibus familiarum, aliisque

que sui juris, junctim sumtis. *) Originarie civitas est *democratia perfecta*. Sed fieri potest, ut populus in aliquem, aut in aliquos, simul sumtos, transferat aut ipsam potestatem, ipsum imperium, aut regimen tantum. Ipsa potestate in unum translata; *Monarchia* exilit, in plures, *Aristocratia*. Aristocratiae et Democratiae sunt *respublicae* *str. s. d.* *Monarchia* est *regnum*. Est enim *regnum* ea civitas, in qua unus civis gaudet potestate civili, sive plena, sive minus plena, sive limitata, sive illimitata, sive ipsa, sive exercitio eius, proprio tamen nomine. Conf. *Nettelbladt* §. 1110. **)

*) Singulare est in civitate *Appenzellensi*, ut quilibet filius familias sedecim annos natus in comitiis, (*Landtag*) sessionem et votum habeat.

**) *Monarchia*, *Aristocratia*, *Democratia* potest esse civitas libera, potest eadem esse non libera. §. 480. *)

§. 485.

Transfertur in aliud subiectum *ipsum imperium civile*, (potestas civilis, majestas) ipsa *proprietas imperii* Si ipse potestas transfertur in aliud subiectum.

- 1) aut pleni et indivisi, aut minus pleni, ac divisi.
- 2) aut absoluti, aut restricti,
- 3) proprietates horum jurium aut plena, aut non. s. *Istud subiectum gaudet istis iuribus, aut ut patrimonialibus, aut ut usufructuariis.* (§. 47.)

Z. 4

Sub-

Subiectum, in quod a populo translatum est ipsum imperium, ipsa potestas civilis, *superius est populo*, gaudet, si civitas libera est, *majestate reali*, et, si est unica persona physica, *personali*. Ergo falsum est, *majestatem realem semper residere in populo*, et *populum semper superiorem esse imperante.* *)

*) Occupetur aliquantulum locus de *Monarchomachismo*. Est enim hoc ultimum decretum ex disciplina *Monarchomachorum*.

Conf. *Thomasi* (Chr.) dissert. de duplici *majestatis* subjecto. Lips. 1672. 4.

Hertius (Io. Nic.) dissert. an summa rerum *semper sit penes populum*: in opuscul. Auct. Tom. I. 439.

Witt (Jan. de) diss. *Quinam habeant majestatem in societate civili*. Lugdun. Bat. 1741. 4.

Commode etiam hoc loco in praelectionibus *variae quaestiones solvi possunt de translatione imperii minus pleni, de coimperio, et coregimine.*

§. 486.

Si regimen
populi.

Regimen tantum civitatis alicui competit, aut proprium, aut alieno nomine, et administratorio tantum jure. Ius enim ad exercitium juris alieni, aut proprium est, aut administratorium. (§. 44.) Si cui populus regimen civitatis tantum concessit, sed ita, ut in regenda civitate pendeat ab imperio populi, non rector civitatis est superior popu-

populo, sed contra potius, atque ejus generis rector civitatis est tantum magistratus, a populo constitutus, cui etiam rationes reddere tenetur. Rector autem civitatis, qui *jure proprio* regit civitatem, (ita, ut huic quidem inlit ipsa potestas, sed tanquam jus quiescens, §. 44.) adeoque ita, ut in regenda civitate non pendeat ab imperio populi, tenendus est esse superior et singulis, et populo.

§. 487.

Forma civitatis, ampliori sua potestate eadem est, ac politia civitatis, contractiori autem definitur subiecto, cui competit potestas civilis, simplex quidem ac regularis, si spectatur potestas plena et irrestricta, composita, irregularis, (monstruosa) autem aut ex divisione imperii civilis, aut ex imperii ipsius et regiminis seiunctione, aut ex coregimine alicuius subiecti oritur. Simples absolute non nisi tres intelliguntur, §. 484. compositae infinitae. Cum forma civitatis composita cave misceas civitatis compositae formam et notionem, de qua suo loco.

De formis civitatum.

Conf. *Straten* (Iosias) Systematische Abhandlung von den Regierungsformen. Flensburg. 1760. 8.

Puffendorf (Sam.) de republica irregulari in eius dissert. p. 301. fqq.

Treuer (Gottl. Sam.) diff. Logomachia de formis civitatum mixtis. Goett. 1742. 4.

*Civis, subdi-
si et privati,
differentia.* **Subiecti, subditi**, nomine comprehendi-
tur, quicumque et quatenus ullo modo
subest potestati civili, aut quia est civis,
(membrum huius civitatis) sed non supe-
rior, unde *subditi civis*, et *primariae subjectionis*
appellatio, aut propter bona, in terri-
torio reipublicae sita, unde *forensis*, aut
quia, licet civis non sit, in territorio tamen
commoratur, sive ex causa temporaria, un-
de *subditus temporarius*, sive ita, ut domi-
cilium ibi constituerit, *incola*. Atque hinc
intelligitur *subjectionis secundariae* ratio. Qui-
cumque non ut imperans spectatur, in civita-
te, est *privatus*, non statim subditus, cum
et ipse imperans in Monarchia multis modis
privati personam gerat, de qua in loco de
Monarchia.

Explicentur etiam *subjectionis mediatæ et immédia-
tæ* vocabula.

Non est, quod hic repetamus illam communem
sociorum divisionem in *membra vulgaris*, et *non-
vulgaris*. Nec propria opus est disquisitione,
quomodo aliquis membrum vulgare omnino
fiat, aut esse desinat. De membris non vulga-
ribus suo loco.

*Nulla civi-
tas sine lege
fundamen-
tali.* **Pacta unionis, ordinationis, subjectionis**
sunt leges Civitatis fundamentales, pu-
blicae. *Nulla igitur civitas sine legibus qui-
busdam fundamentalibus intelligitur.* Neque
vero tamen omnes leges fundamentales illo
tripli-

triplici pacto continentur, cum et ad alia pertinere possint.

§. 490.

In hoc, qui est de *iure publico universali* *Monitum*
absoluto, s. generali, loco, ob oculos versari *generali.*
 debet potestas civitatis summa, plena, nec
 restricta, nulla adhuc ratione habita subiecti,
 cui insit, aut qua ratione. Et cum de ju-
 ribus maiestaticis exponimus, simul intelli-
 gentur *obligationes publicae subditorum, qua ta-*
lium, illis juribus maiestaticis proxime re-
 spondentes, seiunctae ab obligationibus sub-
 ditorum erga se invicem, *privatis.* Ita autem
 hic versabimur, ut primum de juribus maie-
 staticis omnino (s. de *partibus potestatis ci-*
vilis generalioribus) tum vero de *immanenti-*
bus quibusdam sigillatim, ac tandem de
transientibus dicamus.

IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS
ABSOLVTI.

TIT. I.

De iuribus majestaticis, s. partibus potestatis civilis generalioribus, et obligationibus publicis, his respondentibus.

*Conf: Ziegler (Casp.) de iuribus majestaticis tractatus academicus, in quo pleraque, quae de majestate et iuribus principis disputari solent, strictim exponuntur. Vi-
ceb. 1673. 1681. 1710. 4. qui vero saepe universalialia et particularia miscet.*

Conring (Herm.) diss. de majestate eiusque iuribus. Helmst. 1669. 4.

Graswinkel (Theod.) de iuribus majestatis Hagae Con. 1642. 4.

Roemer (Car. Henr. de) de iuribus majestatis, eorumque speciebus. Lipt. 1785. 4.

S. 491.

*Potestatis
civilis par-
tes.*

Quemadmodum in partibus potestatis cuiuscunque societatis, ita et in iuribus majestaticis (st 1) *potestas civilis, rectoria*, jus constituendi, quid salutis publicae causa fieri,

si, non fieri debeat, quod si id sigillatim agitur, ut hucusque tolerata, et saluti publicae nunc contraria visa, illi conformentur; *jus reformandi politicum* cum aliis dixeris, 2) *potestas civilis in pectoria*, das Recht der Oberaufsicht im Staat.) 3) *potestas executoria late s. d.* vi cuius statuit imperans, ut re vera fiant, non fiant, quae salutis publicae causa fieri, non fieri convenit, *jus strictius* ut *jus subditos cogendi ad explenda officia perfecta*.

§. 492.

Potestatis rectoriae praecipuae partes sunt 1) *potestas legislativa*, 2) *potestas mandandi*. *Leges* autem hoc loco a *mandatis* ita seiungimus cogitando, ut his definiatur, quid in ipso casu quodam obvio fieri, non fieri, conveniat, illa autem pertineant ad univ-
sum aliquod genus causarum, et actionum.

Potestatis rectoriae partes,

Quaer. an *mandatum* faciat *jus*? Explicentur etiam *epistolatus* et *rescripti* vocabula.

§. 493.

Potestatis legislativae late s. d. ambitus ille *Depotestate* est, ut complectatur 1) *jus leges civiles pri-* *legislatoria*
vatas, h. e. ad subditorum actiones spectan- *sigillatim*.
tes, materialiter et formaliter positivas fe-
rendi, (potestatem legislativam str. s. d.)
ergo et leges naturales, perfectas pariter,
atque imperfectas, *qualificandi*, et *peregrina*
jura recipiendi, 2) *jus leges ipsas interpre-*
tandi

tandi aut discretis verbis, *authentice*, aut in *interpretationem usuaem* approbando *tacite*. 3) Potestatem leges *abrogandi*, illis *derogandi*, *abrogandi*, adeoque jus mutandi. 4) Potestas *eximendi* a jure communi, aut rem, aut personam, ita, ut exemptio ad casum quendam singularem non sit restricta, h. e. jus *privilegia* concedendi, cum *jur dispensandi* ex nostris notionibus (§. praec.) jure mandandi potius continentur, §. potestas *consuetudinis* vim juris tribuendi. *)

*) Conf. *Gundling* (Hier.) vom Gewohnheitsrecht, in *Gundling*, P. VII. p. 142. sq.

Thomasius (Chr.) de jure consuetudinis et observantiae. Hal. 1699. 4.

Trier (Io. Wolff.) diss. de consuetudinibus sine consensu imperantis valentibus. Franc. 1727. 4.

Crell (Chph. Lud.) observationes de origine et virtute juris non scripti. Vit. 1739.

Hofacker (Car. Chph.) diss. de jure consuetudinis secundum doctrinam Juris Naturalis et Romani. Tub. 1774. 4.

§. 494.

De vi legis *Leges civiles generales* mihi sunt omnes *naturales perfectae*, quibus etiam cives, aut qua homines, aut qua focii omnino, aut qua cives, adstricti sunt. *Legis civilis specialis* ratio hinc per se intelligitur. Atque *lex*

lex quaedam ad praeterita tum demum trahā
 vere dici posse mihi videtur, si quod factum
 aut negotium, nulla adhuc lege civili, ne-
 que generali, neque speciali, hoc modo
 definitum, ex lege, post lata, iudicatur.
 Iamque, si ab illa specie discesseris, ubi sa-
 lus publica agitur, et ipsa tamen lex supre-
 ma civilis generalis, nulla alia existit, ubi
 lex, sive civilis str. s. d. sive poenalis, re
 vera dici queat ad praeterita trahi posse, quod
 quidem per singulas eundo, quae vulgo pu-
 tantur, species, perspicuum fiet. *)

Conf. *Lorentz* disp. de obligatione legis in
 praeteritum. Lips. 1770. 4.

Scip (Ant. Lud.) de vi legis in praeteritum
 iusta. Goett. 1749. 4.

*) Legem ad ante facta recte trahi putant,

a) *si salus publica exigat.* Exemplum esse vo-
 lunt in *emissione venditione* magnae copiae fru-
 menti, eo, quo libera erat exportatio, tem-
 pore perfecta, sed *nondum consummata.* Iam
 si interea, quia absolute noxia apparuit suffi-
 cientiae publicae omnis exportatio, severa le-
 ge prohibeatur, nihil deberi extraneo em-
 tori, adeoque legem ad pactum, lege prius,
 recte trahi.

Dabo, nihil tradi debere, si extrema ne-
 cessitas et indigentia adsit. At nonne illud
 pactum jam antea *ex lege civili generali* hanc
 restrictionem tacitam habebat, *salva salute pu-*
blica, quod contra se habere, nunc demum
 manifestum fit, *ideoque* pactum effectum caret.
 Itaque si accurate teneas eam, quam §. ipsa
 suppeditavimus, definitionem, profecto haec
 non est species, ubi lex vere dici queat tra-
 hi ad praeterita.

b) si

b) si lex poenam statuat illi, quod iamjam naturaliter prave factum est. Distinguas velim in iis, quae naturali lege iamjam prohibentur, ea quae adversantur legi cuiusdam naturali perfectae, ab iis, quae adversantur legi cuiusdam naturali quidem, sed non perfectae.

Prioris generis factum aliquod, iamjam lege civili generali prohibitum, ante et circa illam legem poenalem propriam, poenendum tamen, indeoque, si palam fiebat, nunc demum poena statuenda fuisset. Quae cum interest eiusmodi factis inventa, et expressa, haec quidem recte applicatur. Lex autem haec poenalis propria non efficit, ut poena omnino dignum sit hoc factum in civitate, sed illud tantum praestat, ut non opus sit, nunc demum poenam inveniri et excogitari.

Posterius autem generis prave facta, nulla adhuc lege civili generali prohibita, civiliter igitur indifferentia erant ante legem specialem, adeoque injustum et iniquum esset, legem prohibentem, post latam, ad illud, quod antea factum, pertrahi.

e) Si lex nihil novi praecipiat, ac legem ante latam, sed minus recte intellectam, explicet.

Unum moneo. Quodsi legislator ipse in culpa sit, ut minus recte quidam ejus mentem perceperint, adeoque aliquid intulerint, quod si ex interpretatione legis posteriori iudicaretur, extra suam culpam damnatum sentirent, fieri nequit, ut ad praeterita trahatur, Secus pronuntiandum, si subditus ipse in culpa, aut res adhuc integra sit.

§. 495.

De privile-
giis quae-
dam. *Privilegia, exemptiones rei, aut personae singularis *) a jure communi, ad usum casum*

calum non restrictae, prouti aut *realia* sunt, aut *personalia*, haec aut statui et dignitati inhaerent, aut non, prouti porro aut per modum precarii concessa, *gratiosa*, aut pacto, *conventionalia*, et haec ipsa aut *gratis*, aut *titulo oneroso tributa*, ita 1) quo suo modo quodlibet horum genus citra revocationem expiret, ex ipsis notionibus, collato §. 310. sqq. intelligitur. Quousque autem 2) revocare fas sit illi ipsi, qui impertivit, de *mere gratiosis* in aprico est. De *conventionalibus* autem utriusque generis nonnisi duae omnino iustae causae intelliguntur, 1) abusus**) (§. 317.) 2) Si publicae rationes necessario illud exigant, vi juris, quod suo loco explicabitur, eminentis.***) Quousque autem 3) *successori revocare datum sit*, in loco de Monarchia distinctius exponi poterit.

*) Sic privilegia distinguuntur a *jure*, quod dicunt, *singulari*, quod pertinet ad genus quoddam rerum, aut personarum.

**) *Stryck* de abusu juris quaesiti.

***) Commemorentur et judicentur in praelectionibus *Hobbesii* (de cive Cap. VI. §. 13.) et *Bohemeri* (in lur. publ. univ. L. II. c. 3. §. 62.) sententiae, et conf.

Ungepauer (Erasm.) de principum jure in privilegia. Ienae 1669. 4.

Conring (Herm.) de privilegiis recte conferendis et revocandis. Helmst. 1669. 4.

Observationes tres (Tom. III. Obs. Hal.) de jure principis revocandi privilegia de jure
A a re

re principis omnia privilegia revocandi si utilitas publica postulet, de jure principis revocandi privilegia, juramento confirmata.

Wasmuth (I. G. F.) disput. de privilegiorum natura generatim, et in specie de modis, quibus finiuntur et amittuntur. Goetting. 1788. 4.

§. 496.

Limites potestatis rectoriae. Quemadmodum potestas civilis omnino, ita et rectoria, ergo et jus reformandi politicum, potestas legislativa, mandandi, naturalibus suis terminis haecenus continetur, ut 1) non porrigatur ad ea, quae sunt civiliter indifferentia, 2) neque aliquid injungi queat, juri Naturae vere repugnans. Minime vero juri naturae 1) repugnant illae leges, aut mandata, quibus prohibentur facta et negotia, naturaliter permessa, civiliter autem non indifferentia, quibus igitur prohibitis aut omnis obligandi vis, aut certe civilis adimitur. Neque 2) huius generis est, si temeritatis cavendae, aut maioris securitatis gratia, lex civilis ad valorem negotii cuiusdam singulares adiunctiones et solemnitates requirat, naturali jure superfluas. Uterum potestas legislativa, et mandandi ad subditos non tantum cives pertinet, sed et non cives, iudicio tamen hic adhibito, quousque omnino subditus aliquis non civis sublit potestati civili.

Conf.

Conf. *Schmidt* (Io. And.) *diff. de jure majestatis circa leges.* Ienae 1681. 4.

Hellwig (Christ.) *quatenam a summa majestate legibus definiri nequeant.* Regiom. 1693. 4.

Werthof (Io.) *diff. de potestate legislativa circa ea, quae sunt juris naturae.* Helmst. 1692. 4.

Winckler (Car. Godofr.) *de potestate legum civilium in Ius Naturae.* Lips. 1713. 4.

Weberi (Ad. Dietr.) *Scriptum, citat. in limine Cap. V. part. gener.*

§. 497.

Potestati legislativae et mandandi respondet obligatio subditorum publica ad obedientiam civilem, diversam tamen pro diversa ratione subjectionis civilis, quam qui non exhibent, violant jus maiestaticum. *Obedientia civilis.*

Cogitetur de *rebellionis* forma accurate satis constituenda.

§. 498.

Auctoritate imperantis imminuta, ipsa *Crimen laesae* quoque legum auctoritas capere potest *fac. majestatis.* aliquid detrimenti. Illud autem fieri potest iniuria stricte s. d. in imperantem admitta, *crimine laesae majestatis str. s. d.*

Dicatur de *criminibus majestatis generatim.*

De potestate inspectoria. Quamquam potestatis inspectoriae partes infinitae sint, pro infinita eorum, quae ad salutem civitatis et florem spectant in utramque partem, quaeque accurate cognosci reipublicae interest, multitudine, eaeque ipsae propriae partes suo quaeque loco distinctius explicari debeant, hic tamen summam haec notasse sufficiat.

I) Potestatem inspectariam ad ea non porrigi, quae sunt civiliter indifferentia, neque adeo in arcana subditorum omnia, *arcanas imprimis artes et inventa*, nisi reipublicae, ut patefiant, et imprimis ne cum auctore expirent, interfit. *Indemnis tamen praestandus est industrius subditus,*

II) Illam versari in omni civitatis statu et conditione, physica pariter ac morali et politica cognoscenda, ad subditos cives iuxta, ac non cives, subditos etiam temporarios, singulos pariter, ac societates, pertinere, ad statum rerum ac bonorum civitatis tam publicorum, quam privatorum, pariter et ad facta et negotia, suscepta, aut suscipienda.

III) Vi illius igitur constitui inspectores subordinatos, delatores, litteras informativas postulari, visitationes institui, etiam, si opus fuerit, domesticas.

IV) Inprimis autem hic eminent jus negotia et facta subditorum inspecta, quousque innoxia certe, aut salutaria adeo reipublicae cognoscuntur, approbandi, civiliter valida decla-

declarandi, *confirmandi*, quatenus autem noxia, dubia certe et ancipitis naturae, *reprobandi*, civiliter invalida pronuntiandi, *annullandi*, subditis sub poena nullitatis infungendi, ut petant confirmationem negotiorum suorum, adeoque et a quacunque societate, in civitatem recipienda, postulandi, ut omnem suam politiam, scopum, leges, confirmanda exhibeat ingenuae, nec citra consensum imperii mutet. Inimò et officiales societatum ab imperio sunt confirmandi.

Quae his respondeant subditorum obligationes, per se intelligitur.

Scheidemantel (H. G.) die Obergewalt in der Staatsverfassung — Eine Vorlesung. Iena 1783. 8.

§. 500.

Relinquitur, ut et de executoriae potestatis partibus summam quaedam dicamus. *De executoria potestate*
In illis autem sunt I) *potestas exequendi strictae f. d.* (§. 491.) hinc etiam jus puniendi, jus vitae et necis, sed eodem modo jus aggratiandi, et abolitionem decernendi, partes potestatis criminalis. II) *ius officia et munera civilia instituendi, iniungendi, jus etiam praeter ordinem alicui negotia quaedam committendi.* III) *ius salutis publicae ergo conventiones publicas, foedera sigillatim cum exteris pangendi, jus legationum, belli et pacis.* Specialia et magis propria suo quaeque loco.

CAPVT I.

IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS
ABSOLVTI

TIT. III.

DE IVRIBVS MAIESTATICIS, S. PO-
TESTATIS CIVILIS, IMMANENTIBVS,
SIGILLATIM.

S E C T I O I.

*De jure circa munera et dignitates
civiles.*

Kreß (Io. Paul.) de Iure officiorum et of-
ficialium. Helmst. edit. noviss. 1753.

§. 501.

Quid munus *Negotiorum civilium* illa, quae saluti pu-
civile, publi- blicae propius inserviunt, *publica*, in his
cum, officia- autem ea, quae imperanti summo ipsi vi
lis civilis, majestatis peragenda sunt, *majestatica* vocan-
publicus. tur, *) aut *immanentia* et *domestica*, aut
transseuntia et *extranea*. Cura negotii publi-
ci, quatenus subdito **) cuidam ordinarie
demandata est, *officium*, *s. munus civile*,
ipse subditus *officialis civilis*, *s. civitatis*, of-
ficium civile, quod versatur in administratio-
ne negotii majestatici, *officium*, *s. munus pu-
blicum*,

blieum, et, qui eo fungitur, *officialis publicus*, *minister*, *administer reipublicae*, appellatur; tamen si alii utrumque officiorum et officialium civilium genus uno publicorum nomine complectantur. Officia, aut *temporaria*, aut *perpetua*, *personalia*, aut *hereditaria* esse posse, facile intelligitur.

*) *Achemoall P. I. §. 120.*

**) Extraneus, muneri civili admotus, eo ipso non statim fit *subditus omnimodus*. Cum potestas societatis omnino sit, recipiendi extraneos, ita et jus imperii civilis extraneos muneribus praeficiendi. Iure publico universali alienigenae non excluduntur. Quaestio est politica, non iuridica.

**) *Officiales civiles, et publici, ab officialibus privatis principis in regno quodam sunt distinguendi, immo et in regno, ubi potestatis civilis pars, aut coregimen quoddam populo, et, qui illum referunt, ordinibus competit, officiales publici principis, ab officialibus populi et ordinum regni, sunt separandi.*

§. 102.

Officiali publico competit pars regiminis publici, sive quoad potestatem rectoriam, sive inspectorem, sive executoriam, sed alieno nomine et administratorio tantum jure. Hinc 1) ad rationes illi reddendas tenetur, cuius est officialis, et 2) ad eum relatus, manet subditus, ad alios vero, quatenus eius potestati subsunt, *persona publica* est,

Officialis publicus, quatenus persona publica?

est, ab hac autem ratione si discesseris, *privatis* non minus est accensendus.

Quaer. 1) quousque in officialem publicum admitti possit crimen laesae majestatis? Conf. *Boehmer* 1, c. L. II, c. 6. §. 5. not. t.

2) Quousque imperans facto officialis publici obstringatur? et confer.

Fritsch (Ahasv.) *Minister peccans*. Ienae 1674.

Stryckii (Sam.) *diff. de obligatione principis ex facto ministri*. Francof. ad Viadr. 1682. 4.

Wildvogel (Chrn.) *de negligentia ministri, principem non obligante*. Ien. 1711. 4.

Hommel (Io. Chr.) *de sponsonibus ministrorum*. Ilen. 1723. 4.

Leuser (August) *Minister principis delinquens*. dispp. 3. junctim. editae. Viteb. 1735. 4.

§. 502.

*Munus civile etiam si-
tulo oneroso
conferripotest,
gratis
administrari
debet.*

Munus civile aut *gratis*, aut *titulo oneroso* *) confertur, neque hoc iniuste, modo ne *divites inhabiles* et *exteri* praeferantur, *inopes* et *indigenae habiles* plane excludantur. Per se quoque munus civile gratis administrandum foret, nisi aut digna eius administratio sumtus requirat, quos de suo solus erogare nemo tenetur, aut illud obeundo

do officialis impediatur, quo minus alio modo necessaria vitae bene beateque vivendae praesidia sibi quaerat.

*) Conf. *Willebrand* (Alb.) de venditionibus officiorum. Rostoch. 1693. 4.

Dicatur de crimine ambitus.

§. 504.

In partibus potestatis civilis est jus a subditis operas postulandi, quae faciunt ad salutem publicam, igitur et jus conferendi et iniungendi civibus, quos idoneos iudicat, munera civilia et publica; cui responderet cuiuslibet civis obligatio perfecta *) ad illa jussu imperantis suscipienda, et pro ratione salutis publicae obeunda. Neque vero etiam pro lubitu officiali munere se abdicare licet, sed in perpetuum obstrictam esse, iusta opinio est. **) Imperari e diverso competit jus indignos a muneribus removendi, ***) etiam hereditariis, (salvo tamen jure quaesito aliorum) et titulo oneroso collatis, quod multo magis valet de successore. Nec minus imperanti integrum est, praeter ordinem singulare quoddam negotium alii committere, ipsi officiali alium adjungere, substituere vivo adhuc, expectativam alicui concedere, aut generalem, aut specialem, quae tamen revocabilis, nisi per modum pacti acquisita intelligatur.

A 2 5

*) Non

*) Non quaeritur hoc loco, quid prudentia sua-
deat, ex illo: Coscta ingenia male respondent,
sed quod sit jus imperantis strictum, quae obli-
gatio civis.

**) Idem hic valet, quod proxime praec. not. *)

Conf. *Boehmer* (I. H.) resp. *Munchhausen*
(Phil. Ad. de) disert. de jure exigendi a
principi dimissionem. Hal. 1716. 4.

***) Minime vero principi, aut eius successori,
jus est officialibus civilibus et publicis pro lu-
bitu jus quaesitum absque justa causa eiusque
cognitione auferendi. Cont.

Boehmer (I. H.) doctrina de jure principis
circa dimissionem ministrorum. Hal. 1716.
recus. 1734. 4. extat etiam in *Exercit.*
ad Pand. T. III. p. 738. sqq.

Malacord (Sebast.) de publicis officiis, absque
justa causa, eiusque cognitione non auffer-
endis. Goett. 1788. 4.

Anon. Vorum ueber die Frage: Ob und
wiefern der Fuerst berechtiget sey, einen
in officio publico stehenden Diener seines
Amts zu entsetzen, ausgearbeitet von R***
in III. *Schloetzer Staatsanzeigen*. VIII. B.
29stes Heft p. 3 — 43.

§. 505.

Dignitates
civiles. Dignitas est excellentia cuiusdam, cum
altero comparati. Imperanti summa com-
petit in ipsius civitate dignitas. Subdito,
cui munus publicum confert, simul tribuit
dignitatem civilem, quam reliqui agnoscere
tenentur honore politico externo. Solus
imperans est fons omnis dignitatis civilis.

CAP.

CAPVT I.

IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS
ABSOLVTI

TIT. III.

DE IVRIBVS MAIESTATICIS, S. PO-
TESTATIS CIVILIS, IMMANENTIBVS,
SIGILLATIM.

SECTIO II.

*De potestate civili (juribus majestaticis)
in res, quae sunt in territorio civita-
tis, de fontibus reddituum publico-
rum, ac de oneribus publicis omnino,*

S.

de potestate Camerali.

§. 506.

Quicquid est in territorio, h. e. spatio
continetur, quod reipublicae territorium es-
se, extra dubitationem positum, sive res
sit, sive persona, nisi immunitas et exem-
tio probari queat, est quoque de territorio,
h. e. suo modo potestati civili subest. At
quousque? Ac de hominibus quidem, seu
personis, omnia redeunt ad diversam illam
sub-

subditorum (§. 488.) rationem, sintne cives, nec ne, forenses, incolae, utrum temporarii subditi. De bonis igitur civitatis dicendum relinquatur.

Conf. *Thomasius* (Chr.) de inutilitate Brocardici: *Quidquid est in territorio, praesumitur etiam esse de territorio.* Hal. 1709.

Dath (Ge. Frid.) de falsitate vulgati: *Quicquid est in territorio, praesumitur etiam esse de territorio.* Goett. 1798. 4.

§. 507.

Bona publica, str. s. d. et in patrimonio reipublicae. Eminent in bonis, quae sunt in territorio civitatis, publica late s. d. quae sunt in dominio civitatis universae, quae, prouti usus illorum singulis tamen concessus est; aut contra, ita sunt, aut publica str. s. d. *) aut in patrimonio reipublicae existentia. (§. 377.)

*) Vid. *Boehmer* I. P. V. L. II. c. X. §. 5. litt. y. et §. 7. 8. cum litt. b.

§. 508.

Bonarum privatorum genera. Bona autem privata late s. d. sunt in dominio non universae civitatis, sed singularum personarum, aut phylicarum, aut moralium, h. e. societatum, adeoque aut subiectorum, (sive singulorum, sive minus, sive primariae subiectionis, sive secundariae,) bona privata stricte s. d. aut imperantis, bona patrimonialia imperantis, late s. d. Haec aut pleno

pleno dominio et irrestricto possidet, *bona patrimonialia strictè sic dicta*, aut non, adeoque aut *feudalia* sunt, aut *avita*.

§. 509.

Sunt porro in civitatis territorio, nemini singulorum assignata, et propria, *ἀδῶπορα*, late (s. d. *) fixa et mobilia, aut domini capacia, aut contrarii generis, de quibus quaeri potest, cuius sint? Eodemque modo, si bona vacantia posthac demum fiunt, quaestio oritur, cuius sint?

Adespota, et bona vacantia.

*) Vid. *Boehmer* I. P. V. L. II, c. X. §. 5. not. y. §. 6 — 9. cum notis.

§. 510.

Ius imperii civilis in bona publica ex scopo salutis publicae metiendum, cui etiam vitae ac dignitatis imperantis eiusque familiae sustentatio arctissime coniuncta intelligitur.

Ius in b. publica.

§. 511.

Reditus publici, undecunque demum proveniant, aulae usibus, s. ad vitam ac dignitatem principis eiusque domus destinati, *fisci* nomine distinguuntur *) ab *aerario*, redituum, qui aliis usibus publicis inserviunt, complexu.

Fiscus et aerarium quid differant?

*) Conf. *Gundling* C. xxxvi, §. 212.

§. 512.

Bona fisci et aerarii. Ius imperantis in illa. Ipsorum bonorum publicorum alia, quorum reditus usibus aulae destinati sunt, *bona fisci*, (si sunt praedia, *domanialia*) alia, quorum reditus aliis publicis usibus sacri sunt, *bona aerarii* dicuntur. Cave tamen, putes, ea, quae in hac vel illa civitate dicuntur, *domania*, et *bona fisci*, semper esse publica, cum saepe sint privata principis eiusque familiae. Ius imperantis in bona aerarii revocari potest ad jus quoddam *administrandi*, jus autem in bona fisci, si sunt publica, ad *jus quoddam utendi*. De jure imperantis in bona ipsius privata non atinet dicere.

§. 513.

Sed in *bona privata stricte f. d.* quid juris sit, disputandum latius. Tacemus nunc *dominium eminentis*, de quo posthac suo loco. Nunc 1) nobis occurrit *ius limitandi civium libertatem disponendi de bonis suis privatis*, ne rebus suis male utantur. *) 2) *Ius*, si reditus bonorum publicorum non sufficiunt necessitatibus publicis, *reditus colligendi ex bonis privatis str. f. d. mobilibus et immobilibus*; pro possessione et usu securo illorum bonorum praestito, s. pro fruitione salutis publicae omnino, *ius collectarum late f. d. quarum de variis generibus **)* ac *legibus*, quidque *prudencia* suadeat in iis *imponendis, distribuendis et exigendis*, ad *politicam publicam pertinet et scientias camerales ***)* tractatio.

*) Inde

*) *Inde leges sumptuariae, restricta alienandi liber-
sas, et huius generis plura.*

***) Explicentur in praelectionibus *steuerarum* s. tributorum *strictae* s. d. *accisae*, cuius etiam *aliae rationes politicae* intelligi possunt, et *collecturarum strictae* s. d. nomina, et paucis dicatur de *systemate physiocratico*.

****) *Klock* (Casp.) de contributionibus. Brem, 1634. 4. iterum iterumque edit.

Conring (Herm.) de contributionibus. Helmst. 1669. et Tom. IV. o. o. p. 744. sqq.

Vieuville (Pierre) *Nouveau traité des Elections*, contenant l'origine de la taille, des aides, gabelles, octrois et autres impositions. Paris. 1739. 8.

Lehrbegriff der gesammten oeconomischen und Cameral-Wissenschaften, Isten Bandes Iter Theil. (Auct. *Pfeiffer*.)

Axon. Einleitung in die Lehre von den Auflagen. Nordling. 1778. 8.

§. 514.

Iuste etiam aliquid exigi posse intelligitur. pro quocunque negotio quaestioso, quod aliquis in civitate exercet, (*Gewerbe-^{Vestigalia} steuern*, aut quocunque alio nomine appellatur) tum pro ipsa securitate praestita, tum aliis titulis. Licet sigillatim aliquid exigere de mercibus, *commercii* causa interendis, et exportandis, *vestigal strictae* s. d. cuius varii excogitari possunt tituli, *securitas praestita*, *usus*

usus bonorum publicorum in specie s. d. (§. 507.) veluti viarum publicarum, quibus conservandis ac reficiendis sumtus impendendi sunt, *domesticarum mercium mercatura paullulum impedita, consilium indirecte restringendi importationem aut exportationem* quarundam mercium, *luxui obicem indirecte ponendi etc.* Licet etiam omnino a *quolibet transeunte aut commorante*, aliquid exigere, eodemque modo a *navigaturis in maribus nostris*, variis de causis, pro *securitate praestita*, pro *usu bonorum publicorum stricte s. d.*, reipublicae molestis, pro *inspectione*, cum invigilandum sit extraneis, ne quid respublica capiat detrimenti etc. Nomina sunt arbitraria, nec constantia.

Goellnitz (Ge. Chrph. a) de regali vectigalium jure. Tub. 1652. 4.

Strauch (Io.) de regali vectigalium jure. Ienae 1669. 4.

§. 515.

De oneribus publicis omnino, *Onus publicum* (munus publicum aliis dictum) *latiori* significatu, est quaecunque praestatio, *rei aut operae*, salutis publicae causa a subditis exigenda, vi potestatis civilis, adeoque ipsa *officia publica, commissiones, collectas late s. d.* aliasque operas praestandas complectitur. *Adductior* autem vocabuli potestas haec est ut eas tantum praestationes complectatur, quae continentur aut *usu rerum, aut operis*, gratis praebendis, quibus

bus haecenus aerarium sublevatur. ut ex illo nihil erogari necesse sit. *) Potestatis civilis jus igitur est, *imperandi onera publica late et stricte s. d. **)*

*) En fundamentum *suzelae et curae dativeae!*

§. 516.

Quae nemini singulorum propria sunt, si in dominio tamen natura sua esse possunt, *De jure in adspora, la- tius dicta.*
 1) immobilia s. fundi, pro diverso modo ortus territorii (§. 47. **) aut publica sunt, aut in *communione negativa*, et *res nullius*, cuilibet occupaturo cessura. *In dubio autem publica esse praesumuntur.* 2) *Mobilia*, si sunt, et quousque sunt in locis publicis, jus illa occupandi est jus universitatis, sunt *res*, in relatione ad illam *jacentes*; si sunt in locis privatis, et quousque sunt, jus per se est privatorum, quod si vero sunt in illis fundis, quae manserunt in *communione negativa*, jus illa occupandi etiam concessum singulis.

*) Dicatur 1) de *Theauris inventis*,

2) de *jure ventandi, piscandi, aucupii.*

3) de *jure metallico, minerali etc.*

et conf. *Iargow* (Chrph. Ge.) *Einleitung zur Lehre von den Regalien.* edit. 2. Rostock et Wismar 1757. 4.

Schoepfer (Io. Ioach.) *de jure principis circa adelpota.* Rott. 1705. 4.

B b

Pauli

Pauli (Car. Frid.) de jure principis circa res nullius.

Nettelbladt diff. de jure in re, quae est res nullius. Halae. 1779. in exercitatt. acad.: 1739 — 1779.

De jure venandi, regali, aut non regali, in utramque partem scripta copiose collegit Meister voce: *Venatio*, et de jure *metallico*, *minerali*, voce: *Metallum*.

§. 517.

Ius in bona vacantia, quae salia demum fuerunt. Ius occupandi bona vacantia, quae talia demum facta sunt, nisi singularis quaedam origo et conditiones dominii particularis illarum rerum, quae nunc vacarent, historice supponantur, per se singulis competere, adeoque commune esse videtur, propter turbas tamen et pugnas, ex promiscuo illa occupandi jure metuendas, consultum videtur, ut publicae fiant, neque vero tamen ipsi fisco, ab aera-rio distincto, accedant, necesse est.

Dicatur 1) de bonis ordinum extinctorum, aut aliarum universitatum extinctarum, ex praecipuis iuris publici universalis et conf.

Majer (I. Cph.) Succession des Fiscus, und deren Unanwendbarkeit auf die Güter der aufgehobenen Orden und einzelnen Klöster. Ulm. 1786. 8.

Ejusd. Ueber das Eigenthum an den geistlichen Gütern und deren Heimfall. *ibid.* eod. anno. 8.

Braun

Braun (Frid. Georg) de bonis collegii dissoluti cui cedant! Franc. ad Viadr. 1785. 4.

hec pauca, ad ius publicum universale spectantia, occurrunt in scriptis *Roth, Pfiffer, Schlösser* aliorumque huius argumenti.

2) De *hereditate* quatenus in civitate ut res vacans spectari possit, imprimis de *hereditate peregrini*, licet heredes adint ex testamento, aut ab intestato, cum haec omnia sint ex praesidio legis civilis tantum, et de *jure heredis peregrini* ex pacto successorio.

3) Haec transferantur ad locum de *iure albinagii* (s. jure fisci, hereditatem peregrini, in territorio nostro defuncti, occupandi, etiamsi testatus moriatur, aut alios heredes extra territorium habeat, NB. si domicilium constituit in territorio, atque *litteras indigenatus, jus indigenatus*, sibi comparare neglexit) et quousque ex principiis iuris publici universalis hoc jus defendi queat, exponatur paucis. Nam de retorsione huius iuris iusta, non attinet dicere.



CAPVT I.

IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS

ABSOLVTI

TIT. III

DE IVRIBVS MAIESTATICIS, S. PO-
TESTATIS CIVILIS, IMMANENTIBVS,
SIGILLATIM.

S E C T I O III.

*De potestate iudiciaria s. de iuribus,
ad publicam iustitiae administratio-
nem pertinentibus.*

Conring (Herm.) de iudiciis in republica
recte instituendis. Helmst. 1666. 4.

Roesler (Io. Eberh.) de officio iudicis ex iure
naturali. Tub. 1709.

Werner (Ge.) de iudice, in genere considera-
rato. Helmst. 1656.

§. 518.

*Jurisdic-
tio.*

*Jurisdic-
tio late s. d. est jus de causis
cuiuscunque generis legibus convenienter sta-
tuendi cum auctoritate, strictius refertur ad
causas controversas. Plenaria tribus contine-
tur 1) iure, causam, si opus fuerit, cogno-
scendi,*

ferendi, quod *ius notionis*, s. *notionem* dices, 2) *sententiam ferendi*, atque 3) si opus fuerit, *exequendi*.

§. 519.

Jurisdictio late s. d. infinite varia esse potest pro varietate causarum, ad quas pertinet. Unde nomina *voluntariae*, *contentiosae*, ac *mixtae*, *ecclesiasticae* ac *secularis*, *criminalis* *) et *civilis stricto s. d.* huiusque aut *allodialis*, aut *feudalis*. *Eius genera quaedam.*

*) Dicatur dilucide de eo, quod differunt *causae criminales* et *civiles*, ex usu loquendi.

§. 520.

Originarie in civitate *) *omnis Jurisdictio* *Potestas judiciaria, Jurisdictio suprema, subordinata.* imperanti competit, s. est *ius majestaticum*, atque haecenus vocatur *suprema*, seu *potestas judiciaria* κατ' ἐξουσίαν. Imperans est summus iudex. Fieri autem potest ac debet, ut propter infinitatem causarum, cum ipse omnia non possit, his in sua genera distributis, certis personis aut collegiis concedat jurisdictionem *in certo causarum genere*, aut *in quadam civitatis parte*, (aut etiam praeter ordinem *in singulari quadam causa*.) aut plenam, aut partem illius, unde *jurisdictio subordinata*, (*jurisdictio κατ' ἐξουσίαν s. d.*) iudices *subordinati*, *inferiores*, s. simpliciter *iudices*, qui tamen, si minus plena concessa foret, certe gaudere debent *jure ferendi sententiam*. *Ius merae notionis neminem facit iudicem*, vere s. d.

Hinc intelliguntur *subordinate jurisdictionis* varietates, ut sit vel *ordinaria*, vel *extraordinaria* *competens*, aut *non competens*, et haec aut *incompetens*, aut *prorogata*, *universalis*, aut *particularis*, et pro modo *concessionis*, *personalis*, aut *patrimonialis*.

§. 521.

*Confector.
quaedam.*

Judicum inferiorum auctoritas omnis et potestas est ab imperante, nec, quicquid agunt, suo nomine agunt, sed imperantis, vi potestatis, ipsis concessae, cuius limites si migrant, violant jus imperantis maiestaticum, neque hic illis, quae ultra limites potestatis suae egerunt, tenetur obstrictus. Omnia illorum acta *per se subsunt* examini imperantis. Ad illum relati, sunt subditi, ad illos vero, quibus jus dicunt, qui jurisdictioni illorum subdunt, personae publicae. (§. 502.) Neque per se jus est iudici subordinato *suas vices aliis demandandi*, quatenus imperans singulares illius doctores spectasse censetur. *) Imperanti e diverso potestas est, inhabiles et suspectos iudices removendi, aut certe in hac vel illa causa potestatis exercitium suspendendi.

*) *Conf. Boehmer l. c. §. 13. not. q.*

§. 522.

*Ordinatio-
nes judicia-
rias.*

Ut habeant iudices inferiores, quod sequantur in causis tractandis, ut etiam subditi, in modo jus suum in iudicio persequendi, promulgari conyepit *ordinationes* judi-

judiciarias (Gerichtsordnungen) quo ipso se-
le exerit *potestas* illa communis, *rectoria*, si-
gillatim *legislatoria*, in hac parte propria
potestatis civilis, quemadmodum etiam *man-*
dando se exerere potest in singulari quadam
causa, ut recedatur etiam interdum a com-
muni *judiciariae ordinationis* jure.

Dicatur paucis de principibus illarum ordinationum virtutibus.

§. 523.

Judiciis omnis generis in civitate rite *Vindicta*
constitutis, subditorum, tam primariae, quam *privatae in*
secundariae subiectionis, obligatio communi-
nis intelligitur, ne jus suum suo Marte, *civitate illi-*
sed in iudicio competente, *) modo et ordi-
ne debito, persequantur, nisi periculum in
mora sit, ac damnum irreparabile metuen-
dum, **) non autem hoc titulo, quod sub-
ditus jus suum se in iudicio obtenturum esse
desperet. Ibi enim reviviscit libertas natu-
ralis, de hoc autem, nisi expertus antea
fueris, quomodo constat? et si constat, re-
gressus datur ad imperantem.

*) *Quaer.* Judiciis semel constitutis, quousque ad-
huc per *arbitros* privatam causam ineam agere
liceat in civitate? *Boehmer* l. c. §. 24. cum not.

**) Dicatur de *justitio necessario et voluntario, uni-*
versali et particulari, nec non de *feriis*, ac de
vindicta privata omnino.

Conf. *Struvius* de vindicta privata.

Boehmer (I. H.) de eo, quod justum est,
durante justitio. Hal. 1705. 4.

Bb 4

§. 524.

§. 524.

Quid si sen-
tentia. jud.
inf. grava-
tus sin?

Si iis, quae iudex inferior suscipit, lae-
sum me existimo, mihi tamen jus est lae-
sionem illam removendi, non vi et coactio-
ne, sed lenioribus item remediis, quae va-
ria, tam naturalia, quam arbitrario instituta,
intelligere datur, *Reiterationem, Appellationem,*
Revisionem, de quibus coram pro scopo.

§. 525.

Ius appel-
landi, et pri-
vilegium de
nonappel-
lando.

Per se cuilibet subdito, ex ipso nexu ci-
vili, *jus competis appellandi*, quod vero in
actu secundo, ne vitii aliquid gignat, varia
ratione limitibus circumferibi et potest, et
debet, quoad *causas* et *modum*, immo et
fieri potest, ut quibusdam iudicibus inferio-
ribus imperans concedat *jus s. privilegium de*
non appellando, quod vocant, vario quoque
modo circumscriptum, quo ipso tamen non
ademptum est *jus conquerendi de denegata ju-*
stitia. Hinc simul intelligere licet, qua ra-
tione inspectoria illa potestas communis vor-
setur etiam in re iudiciaria, quoad iudicia
constituta, haec visitando, acta avocando,
litteras informatorias postulando etc.

§. 526.

In sententia
summi jud.
acquiescen-
dum.

In sententia summi iudicis subdito ac-
quiescendum, qua si gravatum tamen se
putat, ea tantum relinquuntur, quae con-
cessimus §. 423. IV. coll. §. 384.

§. 527.

Quotquam plurimae quaestiones de potestate civili, quatenus ad crimina spectat, ^{De potestate} ^{criminali} sint potius ex genere prudentiae civilis, ac ^{sigillatim} politicae publicae, sunt tamen quaedam, ex disciplina juris publici, universalis iudicanda. Est igitur *potestas criminalis potestas* quoad crimina, non tantum *investiganda* et *punienda*, sed, quod majus ac prius est, *impedienda*, et fontes illorum abstruendos *). *Crimen* autem *s. delictum* late s. d. est actio *subditi* (omissio, aut commissio) moralis, contra legem poenalem (sive generalem, sive specialem) in civitate, ita, ut nisi actio sit, legibus generalibus (§. 424.) iamiam contraria, crimen ante legem poenalem propriam et expressam non intelligatur. Melius autem vocabuli potestas ita contrahitur, ut *crimini* nota *dolosae* tantum *laesioni alterius*, inuratur, utque criminum numero eximantur actionis mere culposae, temere et incaute susceptae, ex quibus tamen damnum facillime oriri potest, (Unvorsichtigkeiten, Fahrlässigkeiten) et *impuritates*, *actiones indecorae*, etc. quae per se non involuunt laesionem aliorum.

Conf. *Hemmel* in praefat. ad *translat. german. Beckmann.*

Feder in praefat. ad *Servin* peinliche Gesetzgebung, transl. a *Crunero*.

*) Quae ex parte amici porrigit manus *potestas politicae*, de qua deinceps.

Quidnam Cernitur igitur potestas criminalis 1) in
criminum *legibus poenalius ferendis.* Sed hic ipsa illa
numero ha quaestio existit, delicatior, si ad agendum
ber e liceat in veniatur, ad *quasdam* *subditorum* *actiones* illae
civis ac, *pertineant;* i. quanam lege poenali poena,
 coercere fas sit? Et omnino quidem in
 promptu est, quod respondeatur: *Omnes*
actionem *subdit;* *quatenus* *saluti* *publicae* *ad-*
verfatur, *legibus* *poenalibus* *coerteri* *posse,* (qua-
 rum genus sunt *criminales,* ex angustiori *cri-*
minis potestate §. praec.) At si ad sin-
 gula venit, ambigitur, et vix intelligitur,
 quousque? ne tamen nimium restricta vi-
 deatur civium libertas cum maiori repu-
 blicae detrimento. Ac de laesionibus qui-
 dem, per se iamiam talibus, ac iis, quae
 sunt fontes laesionum ac origines, res in-
 aprico est. Sed sunt alia infinita, quae
 omissa, aut perpetrata, per se laesionum
 numero non sunt, neque vero tamen eo-
 ferius saluti publicae adeo arcte, licet re-
 motius forsitan, iuncta, ut, iis neglectis,
 aut perpetratis et concessis, civitas diu sal-
 va esse nequeat; ut igitur huius potestatis
 terminos nimium contrahant, qui iis tan-
 tum contineri putant ea, quae *per se* lae-
 sionem naturam habent. Quisimmo potius
 multa, quae, extra civitatem, officiis ab-
 solutis et pietatis tantum, aut humanitatis
 et amoris, contraria, laesione vacant, in ci-
 vitate nimis cognata illis, quae saluti publicae
 debentur, *poenae et coactioni* *subiunt* *o*).

30) Cogitatur, de *Avachiria*, an in criminum numerum referenda sit in civitate, de *stupro voluntario*, aliisque quibusdam delictis carnis, aliisque pluribus.

Non est, quod moneam, eodem modo jus esse potestatis criminalis: leges poenales pro temporum ratione mutandi, abrogandi, illis derogandi, dispensandi, aggratiandi et: quo ipso iunimus iudex a iudice criminali subordinato distinguitur.

De scopo poenarum omnino, et in civitate, ac de delectu poenarum, consilio illarum accommodando, parte generali dictum.

Conf. *Gonne* (Io. Gottf.) vom Zweck der Strafen in der bürgerlichen Gesellschaft. In Erlang. gel. Anzeigen 1744. p. 189.

De iustitia poenarum capitalium omnino supra dictum.

Scriptis supra excitatis addatur:

Sonnensels in den Grundsätzen der Handlungs - Policey - und Finanzwissenschaft. I. Theil. §. 347.

Herman (Io. Iac.) dissert. de jure gladii. Lipsiae 1769. 4.

§. 129.

Inspectoria potestas illa communis circa crimina quoque ita versatur, ut potestas criminalis 2) involvat jus non tantum inquirendi in crimina perpetrata, sed potissimum invigilandi omnibus iis, quae fomitem qua-

si criminum continent, jus igitur omnia adhibendi media *apta et necessaria* eruendi veritatem, jus etiam quemlibet civium obstringendi poena proposita, ut ipsa facta aliorum manifestet, jus *delatores* constituendi, quorum propria est obligatio crimina manifestandi. Sed haec omnia multas habent cautiones.

§. 530.

Unum addere convenit de *tormentis*, *De tortura*. (*tortura*), de quibus hoc mihi semper visum fuit. Missis illis speciebus, ubi *tormenta non adhibentur ut medium exprimendi illud, quod ipsum adhuc incertum, sed ut poena perzinatiae manifestae, nec dubiae*, 1.) hoc medio eruendi veritatem omnino nos carere posse, largior, 2) neque tamen, *intra illos limites*, nostro iure criminali constitutos, tantum monstri alere atque periculi ad ipsos innocentes, citra omnem horum culpam, atque imprudentiam propriam, facile dederim. 3) Ubi institutum fuit nucusque hoc veri extorquendi remedium, haud consultum putaverim, confestim ita abrogari, ut in vulgus notum sit, sed latius est, principem illud instituire ac iubere, ut de tormentis decernendi jus ipsius arbitrio servetur, dum interea satis et vulgus intelligat, quatenam in locum *quaestionis* per tormenta substituantur, scelerato non minus gravis ac timenda. *)

Scriptis

Scriptis, à Meistero copiose congestis, voce:
tortura, in quibus pro illa eminet:

Leyseri (Aug.) diff. de aequitate tormento-
rum. Vit. 1740. 4. et in *Medit. spec.*
630. Vol. X.

Contra illam:

Thomasi (Chr.) diff. de tortura, e foris
Christianorum proscribenda. Hal. 1705. 4.

Gravii (Io.) Tribunal reformatum. Ham-
burg. 1624. 12.

Addantur:

Sonnenfels (Io.) Abhandlung über die Tor-
tur. Viennae 1776. 8.

Bannitza de Tortura, nec ex integro repro-
bata, nec approbata. Ibid. eod. anno.

Anon. Die mit der Gerechtigkeit verbundene
Menschenliebe gegen Uebelthater in pein-
lichen Fällen. 1774. 8.

— Abhandlung über die Frage: Beleidiget
die Reinigung der Gerechtigkeit, und führt
sie zu dem Endzweck, auf den die Gesetze
zielen? Bern 1784. Noretur etiam

Perill. Koch von dem durch die Marter er-
pressten Bekenntnis; in *Siebenkres* Maga-
zin n. 14. 15. qui exemplis, notatu dignissi-
mis ostendit, indicia vel summum probabi-
litate gradum efficientia tamen fallere posse.

*) Pla-

*) *Plura hanc in rem in Politicis. Conf. interea*

Rüling Auszüge einiger Merkwürdigen Hexenproceſſe aus der Mitte des XVIIten Jahrhunderts. Goett. 1786. 8. p. 22 — 33. über die Ausfüllung der Lücken, die mit völliger Aufhebung der Tortur im Criminalproceſſe entſtehen.

Quistorp. Verſuch einer Anweiſung für Richter heym Verfahren in Criminalſachen wider ſolche, die die Wahrheit nicht geſtehen wollen, in Ländern, wo die Tortur abgeſchaft worden. Lipſ. 1789. 8.

Ad locum de potestate, criminali omnino conferantur:

Pestel (Frid. Guil.) diſſ. qua jus criminale univerſale delineatur. Rintel. 1753. 4.

Engelhard (Regner) Verſuch eines allgemeinen peinlichen Rechts. Lipſ. 1756. 8.

CAP. I.

CAPVT I.

IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS
ABSOLVTI

TIT. III.

DE IVRIBVS MAIESTATICIS, S. PO.
TESTATIS CIVILIS, IMMANENTIBVS,
SIGILLATIM

S E C T I O IV.

De potestate bellica, s. jure armorum.

§. 531.

Potestatis civilis illa pars, quae versatur in re bellica, h. e. iis, quae faciunt ad securitatem externam imprimis, vocatur *potestas bellica*, in cuius partibus est 1) ipsum jus bellum decernendi et interendi, operationes, quas vocant, bellicas definiendi, pace inita, belli finem faciendi, et, quae his subiecta intelliguntur, infinita alia minutiora. Sed haec iamiam aliquo modo pertinent ad jura maiestatica transeuntia.

Potestatis bellicae partes, jus belli et pacis.

§. 532.

Deinde vero potestatis bellicae latiori ambitu comprehenditur 2) *jus*, quod dicunt, *armandiae, Arimanniae*, *) s. *potestas bellica stricte*

Jus armandiae.

Et

De f. d. jus definiendi et instituendi omnia ea, quae sunt media belli gerendi, et securitatis externae, jus fortalitorum, et praefidiorum, jus milites legendi et conducendi, *) omnem rem militarem ordinandi, apparatus bellicum omnis generis instruendi etc.

*) Longe aliam vim vocabuli esse, si verae eius originem spectentur, docet Cel. *Klueber* (10. Lud.) disput. I. et II. de Arimannia, Erlang. 1785. 4.

**) Miles lectus ex ratione subjectionis civilis obligatur, *conducitur* pro mercede.

§. 533.

De milite sigillatim.

Per se quilibet *civis* ex statu miles est, h. e. perfecte obstrictus ad arma pro civitate iussu imperantis capessenda omnino, nec illius est de justitia vel iniustitia belli iudicium. *) *Milita* autem *perpetuo* existente, ad quem alendum reliqui cives conferre tenentur suum, hi in statu ordinario ab opere militiae immunes sunt in statu autem extraordinario illud officium commune reviviscit, unde *jus sequelae armatae*. Ceterum nemo iuste militat, nisi aut ipse imperans, aut auctoritate, et iussu imperantis.

Miles aut *necessarius* est, aut *voluntarius*. Per se igitur quilibet civis est miles *necessarius*.

*) Conf. *Deinlein* (Ge. Frid.) diss. an et quatenus cives ad arma pro r. publica capienda cogi possint. Altd. 1719. 4.

De delictis militaribus, de jurisdictione militari, criminali inprimis, in iure publico Universali dicere

dicere non attinet, tamen ipsa haec jurisdictio criminalis propria quaedam habere videatur, ex ipsa rei natura ducta, et ex promptissimi obsequii officio, accuratatione et circumspectione majori requisita, ut vel levissima vitio vertatur culpa etc.

Conf. Dansk (Io. Steph.) Kurzer Entwurf des Kriegsrechts. Francof. ad Viadr. 1725. 8.

Fritsch (Ahasv.) Miles peccans. Osterod. 1682. 12.

Farratus (Io.) de re, disciplina, item justitia militari. Venet. 1575. fol.

Wagae (Steph.) diff. duae de natura et constitutione juris militaris.

Engelhard (Regner) Specimen juris militum naturalis. Fr. et Lips. 1754. 4.



~~—————~~

CAPVT I.
IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS
ABSOLVTI

TIT. III.
DE IVRIBVS MAIESTATICIS, S. PÖ-
TESTATIS CIVILIS, IMMANENTIBVS,
SIGILLATIM.

SECTIO V.
De jure Politiae.

Conf. Iusti (Io. Henr. Gottl. de) Ausführliche Vorstellung der Policywissenschaft. 1760. 1761. 4.

Ejusd. libri edit. 3. curante Cel. Beckmanno, sub titulo: Grundsätze der Policywissenschaft, in einem vernünftigen auf den Endzweck der Policy gegründeten Zusammenhang, zum Gebrauch academischer Vorlesungen. Mit Verbesserungen und Anmerkungen. Goettingen 1782. 8.

Sonnenfels (Io. von) Sätze aus der Policy-Handlungs- und Finanzwissenschaft. Vienne 1770. 8.-III. Tom.

Bielefeld Lehrbegriff der Staatskunst. I Theil. pag. 176 — 270.

Scheidemantel (Henr. Godofr.) Staatsrecht. II. Theil.

Hohenthal (Pet. Car. Guil. L. B. ab) liber de Politia, adpersis observationibus de causarum politiae, et justitiae differentiis. Lips. 1776. 8.

Darjes

Darjes (Ioach. Ge.) progr. de differentiis Iurisprudentiae et politicae, quae vulgo die Policey dicitur. Franc. ad Viadr. 1763. 4.

Lamprecht (I. F.) Versuch eines vollständigen Systems der Staatslehre, mit Inbegriff ihrer wichtigsten Haupttheile, der Policey-Cameral- u. Finanzwissenschaft. Berl. 1784. 8.

§. 534.

Politia (die Policey) ea omnia curat negotia maiora et minora, quae ad reliquas potestatis civilis partes, potestatem *camera-* *Politia* *quid, et jus* *politia.* *lem, judiciariam, bellicam,* commode referri nequeunt, atque tamen ad tranquillitatem s. securitatem internam, etiam a periculis casualibus, nec dolosis, vitae, et bonorum, commoditatem vivendi civium, ad ordinem, florem, et incrementum, decus et ornamentum civitatis faciunt. Est igitur in iuribus maiestaticis *jus etiam politiae supremae.*

§. 535.

Pertinet huc 1) *jus providendi, ne numerus civium minuat, sed potius augeatur* *Curat numerum civium.* Igitur matrimonia promovenda, justum inde odium coelibatus et vitae monasticae, leges contra scortationem, adulteria, contra matrimonia, nimis inaequalia ratione aetatis, cura vitae et sanitatis civium, aeris puri, esculentorum ac potulentorum, abortus et infanticidia praecavenda, emigrationis onera, census emigrationis, iuste emigrantes ex alia civitate recipiendi, et alliciendi, non autem ad emigrandum sollicitandi.

C c 2

§. 536.

Commodita- Deinde 2) *tem vivendi.* politia prospicit *sufficiëntiae* et *commoditati* vivendi civium, et extraneorum, pretia rerum, pondera, mensuras determinando, hospitia publica instituendo, omnis generis necessitates procurando, commercium internum et externum promovendo, et, quae illi inserviunt, providendo; pauperum etiam curam gerit, ut, si viribus valent, laborandi occasio et lucrandi ne desit; infirmioribus corpore haud neglectis. Hinc cura *rei eleemosynariae*.

§. 537.

Quae dele- Tum vero 3) ea etiam providet, quae *ctionis in-*lectationi animi, oculorum et aurium *serviunt.* inserviunt, contraria removet. Hinc etiam cura puritatis, ornatus et elegantiae, viarum publicarum, platearum, aedificiorum; opificiorum, odori gravium, aut strepitu auribus, in locos remotiores distributio, scenarum, saltationum cura, etc.

§. 538.

Criminibus Porro 4) omnibus iis invigilat, ex quibus *occurrere* laesiones et delicta facile oriuntur, quae *studet.* criminibus committendis saveni, et omnino his impediendis operam navat sedulam. Hinc observatio extraneorum, commorantium et transeuntium, otiosorum ac mendicorum, conventiculorum, aut congregatae multitudinis omnino, rixarum, etc. excubiae diurnae, nocturnae.

nocturnae omnis generis, ignes etiam nocturni, etc. prohibitae computationes, etc. Ebrietas non est civiliter indifferens.

§. 539.

Cumque omnino egestas sit scaturigo multorum malorum, §) curat, ut cives sint locupletes, neque prodigalitate ad inicitas redigantur. Hinc *industriam* omnis generis provocare et fovere studet, *leges sumptuarias* suadet, *lucis* modum, statuit, atque ab *urnarum fortuitarum* furore Cives revocat.

Ur cives sint locupletes, curas.

§. 540.

Mores civium, pluribus uno nomine, observat, et emendationi illorum studet. Hinc cura, quaedam educationis publica, cura etiam religionis, censura librorum, ne bonis moribus officiant, seductorum et pravorum exemplorum severiores poenae.

Mores civium.

§. 541.

Damnus etiam casualibus et omnino non dolosis, a vita, sanitate, et bonis civium, quantum potest, avertendis operam dat, certe minuendis. Hinc omnia providet, quae faciunt ad incendiolorum pericula, aut removenda, aut minuenda, fulminis vim infringendam, inundationes impediendas. Hinc observatio domuum ruinosarum, pontium, animalium nocivorum, etc.

Damnus est periculis non dolosis obstruit.

*Studia ci-
vium.*

Cumque civitas, reliquis suis partibus bene constructa, tanto felicior sit, ac florentior, quo magis litteris omnis generis honor atque decus suum constat, politicae obiectum merito existimanda sunt civium studia litterarum. Hinc cura scholarum, gymnasiorum et academiarum omnis generis, sed et cura, ne, dum promiscue omnes, ac illius saepe manibus, ad litterarum studia ruunt, agricultura, opificia, res oeconomicae, rusticae et urbana capiat aliquid detrimenti, et inutilia terrae pondera pro eruditis et litteratis existant.

*Ordinem
omnino cu-
ras.*

Tandem omnia alia curat, quae ad ordinem omnino faciunt in civitate. Hinc distributio locorum, urbium, pagorum, vicorum frequentiorum, in suas partes, quibus singulis unus aut plures praeficiendi, ut accuratissime omnia observentur. Cura etiam supputationis temporum tam arcte nexa est ordini in civitate conservando, ut haec non ultima politica pars existimanda sit. Ut alia taceam.

IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS
ABSOLVTI

TIT. III.

DE IVRIBVS MAIESTATICIS, S. PO-
TESTATIS CIVILIS, IMMANENTIBVS,
SIGILLATIM.

SECTIO VI.

De jure eminentie.

Conf. *Leyser* (Guil.) Tractat. de imperio
contra dominium eminentis. Viteb. 1672.
collectio scriptorum Leyseri et Horni,
in utramque partem.

Wildvogel (Chrn.) Tract. de bono publico,
an et quatenus princeps bono privatorum
præferre debeat. Jen. 1695. 4.

Rotenbec (Ge. Paul.) diss. dominii eminentis
clarum et distinctum conceptum indagans.
Ald. 1707. 4.

Ichstatt (Io. Ad. L. B. ab) de majestati-
co dominii eminentis jure. Mogunt.
1730. 4.

— — (Petr. de) jus majestaticum im-
perii eminentis. Monach. et Ingolstadt.
1764.

Cc 4

Pestel

Pestl (Io. Guil.) de limitibus imperii emē-
nentis. Rintel. 1751. 4.

Plures vide apud *Meisterum* voce: *dominium*,
et alibi.

§. 544.

Ius eminentis,
dominium,
potestas,
eminens.

Ius eminentis, (extraordinarium, juri maje-
statico vulgari et ordinario oppositum) jus
necessitatis extremae temporibus excipiendi a
bono privato subditi cuiusdam, aut ita, ut
in eius bona, hinc et jura quaesita singulo-
rum, suscipiatur; quod alias non liceret,
dominium eminentis, (seu, quo alio nomine
commodiori appellaveris) aut in personam
eius, potestas eminentis, est jus ex lege suprema
salutis publicae indubium, hac tamen adiun-
ctione, ut, quam singuli iacturam fece-
runt, salutis publicae causa, communiter,
sublato statu illo necessitatis, et pacata re-
publica, reparetur.

Intelligitur hinc, quae sit natura ac indoles *ratio-*
nis status (raison d'Etat.)

Conf. *Weber* (Imman.) diff. de recta pacis
tempore bellique ratione status. Gieslæ
1700. 4.

Conring (Herm.) diff. de ratione status, in
eius Opp. Tom. IV. p. 549 — 580.

Bonaventura (Frid.) Tract. della Ragion di
stato. Urbin. 1623. 4.

Minime tamen jus illud eminentis eo porrigi vide-
tur, ut civis plane innocens, aut hosti iniusto
dedatur

Medatur, aut, quo indignationi plebis et civium
ipforum satisfiat, ultima patiatur.

Conf. Beudt (Io.) diff. Num civis innocens
juste dedi possit hosti potentiori, ut cer-
tissimum aliqui totius civitatis excidium
videtur. Lugd. Bat. 1741. 4.

Schultze (Io.) de sacrificiis s. victimis status.
Gedan. 1692.

Crell (Chr. Lud.) diff. utrum civem inno-
centem hosti tradere ac deserere liceat.
Lipsiae 1695. 4.

Szuleck (Io. a Schula a.) de nocentis ac in-
nocentis deditio. Franc. ad Viadr.
1702. 4.

Luzac (Eliac) disquisitio politico-moralis.
Num civis innocens iure hostis, longe po-
tentioris, juste permitti possit, ut excidium
totius civitatis evitetur. Lugd. Bat. 1749. 8.

CAPVT I.

IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS

ABSOLVTI

TIT. III.

DE IVRIBVS MAIESTATICIS, S. POTESTATIS CIVILIS, IMMANENTIBVS, SIGILLATIM.

SECTIO VII.

*De habitu societatum in civitate ad potestatem civilem.*Conf. *Boehmer* (I. H.) I. P. U. L. II.) c. 4.*Nettelbladt* §. 1320 — 1342.*Hammer* (Alex) de eo, quod iura publico Universali circa Collegia juris est, Bamberg. 1744. 14. p. 110. 111. 112.*Nettelbladt* (Dan.) de habitu urbium ad rempublicam, secundum jus publ. universal. Halae 1766. 4. et in Exercitt. acad. 1739 — 1779.

S. 545.

Genera societatum in civitate.

Quamquam societates singulae fere singulorum rationem habeant ad potestatem civilem, sunt tamen quaedam propria, nunc dicenda enucleatius. Societatum in territorio civitatis aliae ab ipso imperante salutis publicae causa constitutae, *publicae* sunt, *collegia*.

legia publica late s. d. aliae *privatae*, sin minus. Porro aliae sunt *liberae*, potestate civili exemptae, aliae, illi subiectae, non *liberae*. Deinde *privilegiatas* quoque a non *privilegiatis* hoc modo distinguunt, ut *illae* gaudeant iuribus quibusdam, potestate civili contentis, jure proprio illis competentibus, veluti jurisdictione quadam in socios, *hae* autem eiusmodi iuribus destitutae sint. Tandem communis illa societatum divisio et huc transferri potest, ut sint aut *aequales*, eaeque sive *cum*, sive *sine potestate*, quarum potestas est penes imperantem, aut *inaequales*.

§ 546.

Collegiorum, publicorum, late s. d. ea adhuc varietas est, ut alia versentur in exercitio vicariae cuiusdam potestatis, administratorio jure, (h. e. ut illis competant jura magistratus, § 479.) *collegia publica str. s. d.* per alia autem alio modo salus publica promoveatur. *Omnia collegia publica* sunt in officio publico. *Illorum jura collegiaria*, (§. 373.) praesumuntur esse penes imperantem, (§. 397.) donec, a superiore ipsi collegio concessa esse, probetur. Hinc superioris per se est *constituere directores eiusmodi collegii, et reliqua eius membra, officiales, politiam, et conventus collegii definire* etc. Ab his iuribus collegialibus quoad *collegia publica str. s. d.* distinguenda sunt a) *ipsa jura magistratus*, administratorio jure ipsis concessa, b) *alia privilegia*, illis jure proprio

De societariis, s. collegiis publicis late s. d.

proprio competentia. Quoad reliqua vero collegia publica notandum, ipsis quoque iura magistratus tributa esse posse, si sunt societates privilegiatae, sed hoc per se non intelligi, et eiusmodi iura a juribus collegialibus illorum probe esse distinguenda.

§. 547.

De societati-
bus priva-
tis.

I) Privatas inire societates civibus licet, quocumque consilio, salutis publicae haud inimico, neque adeo cum legibus civilibus generalibus, aut specialibus pugnant, neque per se opus est expressa confirmatione imperantis, salvo tamen huius jure inspicendi, salvo etiam jure, omnino statuendi, ut nulla societas privata sine confirmatione imperantis civiliter iusta habeatur, aut certe his vel illis effectibus civilibus destituatur.

II) Privatae societatis potestas privata triplex *communis* illa, rectoria, inspectoria, executoria, et *propria* naturae societatis, per se ipsi societati competit, aut universae, ut aequalis sit cum potestate, aut parti, si inaequalis; ita tamen, ut illius potestatis exercitium semper subordinatum sit potestati civili, nec ulla societas privata *libera* esse praesumatur, nisi exemptio probetur.

III) Neque societas privata ulla per se intelligitur instructa juribus quibusdam, potestate civili contentis, veluti *jurisdictione quadam*, nisi *privilegiatam* esse probetur.

IV)

IV) Fieri potest, ut potestas societatis privatae in imperantem transferatur, tum vero accurate disiungenda jura, ex potestate societatis privata illi competentia, a juribus, ex potestate civili s. publica.

V) Quaelibet societas privata, cuius potestas non est extra ipsam, vi potestatis rectoriae, jure gaudet statuta *) condendi, eaque poenis conventionalibus ratiendi, quae per modum pacti obligant socios, etiam si ab imperante non sint expresse confirmata. Ceteroquin imperantis est, providere, ne quid saluti publicae adversum statuatur, adeoque et jure gaudet hanc dicendi legem omnino, ut statuta illa sine confirmatione expressa sint civiliter invalida, eaque confirmatione in primis opus est, si ultra vim pacti, extraneos quoque statuta obstringere debent, aut, si quid contra jus commune statuendum cum effectu. Expresse autem confirmata, nec pro lubitu revocare et mutare licet societati.

*) De statutis omnino et varia hujus vocabuli significatione conferatur *Nesselblatt* in nova introductione in Iurisprudentiam positivam Germanorum communem §. 478 et 1233. sqq.

VI) Omne exercitium juris cogendi societatis privatae per se subest potestati civili, iudiciariae, nisi aliqua *jurisdictio* societati privilegio quadam data sit.

Dicatur de potestate paterna ac dominica in republica.

VII) In bona societatis privatae imperanti sunt omnia jura, quae ipsi competunt in bona

bona privata str. s. d. omnino, nisi exemptio probetur.

VIII) De jure ipsarum societatum privatarum, et eodem modo publicarum, in bona, ipsis competentia, diverso modo pronuntiandum pro diverso modo acquisitionis bonorum illorum.

IX) Societati privatae cum potestate jus est quoddam in bona sociorum privata, jus redditus ex illis colligendi, si redditus ex bonis societatis suntibus huius non sufficiunt.

Dicatur adhuc de ambiguis *collegii, universitatis, corporis*, vocabulis,

Subtilissime de his vocabulis dixit *Nesselblad* l. c. §. 1186. 1188. 1190.

CAPVT I
 IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS
 ABSOLVTI

TIT. IV.

De iuribus majesticis, s. potestatis civilis, transeuntibus: (von der auswärtigen Staatsverwaltung.)

§. 548.

Cum ab habitu civitatis ad extraneos multa redundare queant in felicitatem externam commoda pariter et incommoda, est in partibus potestatis civilis, prudenter administrari negotia, ad externos spectantia, unde *juris majesticae transeuntia*. Quicquid salutis publicae causa, ex potestate concessa, cum exteris agitur, ut ab ipsa civitate et populo actum spectari convenit, ita, ut hic vicissim obstrictus sit ad ea omnia, quae subditis civibus imperans ad externos observanda iniungit. *Unde juris maj. transeuntia.*

§. 549.

Est igitur in his iuribus transeuntibus jus cum exteris deliberandi, tractandi, pacificendi. Pactum gentis cum gente est *Singula quaedam eius gener.* *pactum s. conventio publica*, et, si sociale est, s. ad scopum quendam non-transitorium pertinet, *foedus.*

foedus. Ergo imperanti est 1) *ius paſſorum publicarum et foederum*. Hinc etiam 2) *ius mittendi legatos*, i. e. ſubditos ad alteram gentem, negotii publici tractandi cauſſa, cui reſpondet ſubditorum ad legationem ſuſcipiendam, et gratis ea fungendum obligatio, 3) *Ius legatos*, ab exteris miſſos, recipiendi, cum illis tractandi, paciſcendi, uno verbo, *ius legationum*. 4) *Ius belli publici et ſollemnis*, h. e. nomine civitatis et gentis cum gente gerendi. 5) *Ius pacis publicae et ſollemnis*, quibus iuribus infinita alia ſubiecta eſſe intelliguntur.

CAPVT II.

IVS PVBLICVM VNIVERSALE
HYPOTHETICVM

TIT. I.

DE DIVERSIS CIVITATVM FORMIS.

SECTIO I.

De Democratia.

§. 550.

In *Democratia* imperium civile competit
aut patribus familias universis, aut certe
maiori illorum parti, coll. §. 484. Illi, qui
iunctim tributum est, sunt *corpus populare*,
cui naturaliter competit et imperium, et re-
gimen plenum, summum, et irrestrictum.
Singuli, singula etiam popularis corporis
membra, sunt subditi Democratiae. Corpus
populare est societas aequalis cum potestate.

Imperans,
subditi in
democratia,
corpus po-
populare.

§. 551.

Nihil in democratia publice statui potest,
nisi consensu corporis popularis. (§. praec.
et §. 399. sqq.) Hinc opus *comitiis popula-*
ribus, s. corporis popularis conventibus, ad
negotia publica regenda. *Ius comitiorum*
est jus in comitiis suum ferendi suffragium,
quod originarie cuilibet patrifamilias *virile*

Comitia de-
mocratica,
ius comitio-
rum, demo-
cratia laxa,
restricta.

D d

com-

competit in *democratia laxa*, sed et in hoc genere variae limitationes intelligi possunt, in *democratia restricta*, aut 1) ita, ut adventitiae familiae plane excludantur, quarum numerus si tandem superat familiarum originarium numerum, in Aristocratiam abit democratia, aut 2) ita, ut jus voti virilis in comitiis tantum inhaereat certis possessionibus et praediis, exclusis reliquis, (cum eadem adiunctione num. 1) aut 3) ita, ut certae quantitati bonorum coniunctum sit eum in modum, ut reliqui aut plane exclusi teneantur, aut plures iunctim, pro modo bonorum, uno voto curiato gaudeant.

§. 552.

Ordinis ad- Ut ordine et cum temporis compendio
minicula in vota exquiri possint, corpus popolare in or-
comitiis. dines, singuli ordines in classes distribuendi,
singulisque ordinibus et classibus directores
praeficiendi.

§. 553.

Leges et Quae in comitiis a corpore populari,
mandata in certe maiori numero, decreta, leges sunt,
democratia. aut mandata in Democratia, §. 492. quo-
cumque demum proprio nomine appellen-
tur, plebiscitorum, aut alio.

§. 554.

Rektor civi- In democratia non tantum constituendus,
tatis demo- qui iuribus directorialibus gaudeat, sed et
craticae, se-
natus demo- cum
craticus.

cum fieri nequeat, ut membra collegii popularis de quibuscunque negotiis quotidie conveniant, *rectorem civitatis* constitui necesse est, sive unum civem, sive collegium, *senatum democraticum*, cui competat *administratio* negotiorum quotidianorum, nec moram ferentium, accuratis tamen limitibus et hic praestitutis. Atque eiusmodi rector civitatis non est superior, sed subditus, et officialis tantum publicus corporis popularis, et ab eo provocatio datur ad corpus populare.

§. 555.

Omnis democratia, sive jus comitorum familiis quibusdam inhaereat, sive certis praediis et possessionibus, est *hereditaria*. *Omnis democratia est hereditaria.*

Democratia, aut *simplex* et pura, aut *mixta* est. *Mixtae* genera ex §. 487. facili negotio intelliguntur.

CAPVT II.

IVS PVBLICVM VNIVERSALE
HYPOTHETICVM

TIT. I.

DE DIVERSIS CIVITATVM FORMIS.

SECT. II.

De Aristocratiâ.

§. 556.

In Aristocratiâ imperium civile est in *Aristocra-* collegio quodam *optimatum*, (procerum) *se-* *sia, optima-* *natu Aristocratico*, *) qui vero etiam ipsum *tes.* *optimatum* confessum denotat. Reliqui omnes, immo et singuli optimates, sunt subditi civitatis **)

*) *Senatus Aristocraticus*, et *senatores Aristocratici* quantum differant a *senatu democratico*, et *senatoribus democraticis*, ex ipsis notionibus patet. (coll. §. hac et præc.) Eodemque modo perspicitur, quantum *optimates*, *qua sales*, distent ab *officialibus Aristocraticis*.

**) Hoc ipso differt *Aristocratiâ* a *Dyarchiâ*, ut hic plures principes, etiam singuli, subditorum tamen loco ac numero haberi nequeant.

§. 557.

Director et Quemadmodum de Democratiâ vidimus,
rector in ita et in Aristocratiâ non tantum *Aristocras.* *director*
senatus

senatus supremi creandus, sed et rector civitatis constitui potest, qui negotia quotidiana, nec moram ferentia, curet, ex legibus, accurate praestitutis, neque talis rector est superior senatu Aristocratico. quinimmo potius officialis civitatis, a senatu supremo constitutus.

§. 558.

In Aristocratiâ ordinanda legibus fundamentalibus definiendum, quantus esse debeat numerus optimatum, clausus, an mutabilis, quinam jure optimatum gaudeant, potestas illorum temporaria, an perpetua esse debeat, quomodo successores constituendi, an eligendi et a quo, utrum certa successionis lex constituenda, num jus optimatum ad certas familias, utrum ad possessiones et praedia quaedam, aliasve personae conditiones adstrictum esse debeat, eiusque generis alia plura.

Leges fundamentales.

Quaer. Quousque ipsi senatui Aristocratico datum sit has ipsas fundamentales leges immutare.

§. 559.

Aristocratiâ, ubi jus suffragii in supremo senatu familiis quibusdam suum est, aut praediis quibusdam inhaeret, *hereditaria* est, *electitia* e diverso, si jus suffragii electione personaliter tantum acquiritur, *mixtae tantum successionis*, si libertas eligendi ad certas familias, aut certorum praediorum possessores restricta intelligitur.

Aristocratiâ hereditaria, electitia, mixtae tantum successionis.

Dd 3

§. 560.

§. 560.

*Aristocr.
cryptica.*

Ius eligendi novos optimates in electis Aristocratia aut ipsi senatui Aristocratico, aut populo, aut aliis, quibus a populo datum, competit. Fac, populi esse, tamen est forma Aristocratica, licet videatur esse Democratia, est *Aristocratiæ cryptica*.

§. 561.

Conclusum senatus Aristocratici est *lex* in Aristocratiæ, aut *mandatum*, cuius vis obligandi ad singulos pertinet, aut omnes, aut quosdam, ipsos etiam senatores et optimates.

De mixtis Aristocratiæ formis dicatur.

CAPVT

CAPVT II.

IVS PVBLICVM VNIVERSALE
HYPOTHETICVM

TIT. I.

DE DIVERSIS CIVITATVM FORMIS.

SECT. III.

*De Monarchia.**A) De ipsa Monarchia.*

§. 562.

In Monarchia uni civi competit ipsum *Monarchia,*
imperium civile, aut ut summum, in *Mo-* *et quaedam*
narchia *strictiori* significatu, aut aliquo modo *illius varie-*
subordinatum alii imperio: aut *plenum*, aut *tas.*
minus plenum; aut *absolutum*, aut *limitatum*
et restrictum: aut *temporarium* *) aut *perpe-*
tuum. Notetur etiam differentia monarchiae
patrimonialis tam *imperfecte*, quam *perfecte*
talis, et non *patrimonialis*, (i. *usufructuariae*,
et *fideicommissariae*) prouti aut monarchiae
datum est regnum pro lubitu alienare et in
alium transferre, immo adeo dividere, aut
illud non licet. Nulla monarchia praesumi-
tur esse *patrimonialis*, minime omnium per-
fecte talis. **)

*) Non est repugnans monarchiae temporarii cogi-
tatio.

Conf. von Steck Specimen observationum
subsecivarum. Hal. 169. obs. VI.

Wincken (Io. Casp. Everard) de jure summi
imperii temporarii, exemplo dictatoris
Romani. Quedlinb. 1743.

Alia exempla nobis suppeditat historia Belgii
foederati 1576. 1586.

*) Huc pertinet quaestio de permiscendis subditis,
ditionibus et territiis, coll.

Posse (A. T. H.) Veber das Einwilligungsg-
recht deutscher Vnterthanen in Landesver-
äußerungen. Iena 1786. 8.

§. 563.

*Monarcha
stricte s. d.
ex subordi-
natus.*

*Monarcha stricte s. d. gaudet majestate
reali et personali, subordinatus autem, qua-
tenus ad suum tantum populum refertur,
analogo quodam majestatis, quocunque de-
mum nomine, superioritatis territorialis, aut
alio, appelletur.*

§. 564.

*Regalia et
jura popu-
laria, illa
aus reserva-
sa aus com-
municata.*

Monarcha, qui gaudet imperio *minus
pleno*, quoad ea, quae ipsi competunt, *jura,
(regalia)* superior est populo, et hic perso-
na moralis, eius potestati subiecta, non ve-
re quoad *jura popularia*, i. e. quae populo
abhuc competunt. Quodsi imperium est
hoc modo limitatum, ut populus sit in core-
gimine, i. e. concurrat in exercitio rega-
lium,

lium, certe quorundam, quae hactenus dicuntur *communicata*, cum reliqua, in quibus populus non concurrat, sint *reservata*, populus in coregimine non pendet ab imperio Monarchae. (§. 418. not.)

§. 565.

Populi locum sustinere possunt status s. *ordines monarchiae*, qui aut *jura popularia*, aut *coregimen quoad jura communicata* exercent. Conventus ordinum monarchiae legitimus ad exercenda jura popularia, aut ad exercendum coregimen sunt *comitia regni s. monarchiae*. Ordines imperii s. status singuli sunt subditi imperantis, corpus autem illorum *quoad exercitium jurium popularium, aut coregiminis* non pendet ab imperio monarchae, sed a *legibus fundamentalibus*.

Ordines s. status, comitia Monarchiae.

Monarcha hujus generis citra consensum populi, aut ordinum et statuum valide nihil promittit, quoad jura communicata, aliter quoad reservata.

§. 566.

Dictum hucusque de Monarcha, ut *persona publica*, sed et sustinere potest *personam privatam*, quatenus non, ut imperans, spectatur, veluti, si cum subditis res est, at non ut imperanti, si cum extraneis, sed non ut gente, neque ut imperanti suae gentis, si referatur ad familiam, uxorem, liberos, famulos et officiales privatos, si de bonis

D d 5

eius

eius patrimonialibus late s. d. sermo fuscipiatur &c.

B) *De Modo habendi imperium in Monarchia.*

Conf. *Roetenbeck* (Ge. Paul) de variis regna consequendi modis. Alt. 1706. et illustrationis ergo:

Moseri (I. I.) Specimen Juris publici Europaei novissimi de jure et modo succedendi in regna Europae etc. Frc. ad Viadr. 1739. 4.

§. 567.

Modus habendi nihil non sit pars ipsius, sed contineatur iuribus mutat in ipso imperio. Modus habendi imperium civile *cum* circa imperium, in ipsius imperii ambitu nihil mutat. Neque etiam, eodem ex capite, Monarcha summus et absolutissimus immutare valet modum succedendi in regnum, nunc obtinentem ex lege fundamentali.

§. 568.

Monarchia necessaria voluntaria. Monarcha, utpote imperans civilis, originarie imperium civile, nisi ex pacto cum populo, aut his, qui populum referunt, habere nequit, quod si est vi iusta extortum, *civitas necessaria*, aut aliis *imperfecte voluntaria*, sin minus, *plane voluntaria* dicitur. In

In civitate plane voluntaria Monarchia talis est *electione* populi, eiusque jus praesumitur esse personalissimum; adeoque omnis Monarchia voluntaria in dubio praesumitur esse *electitia*.

§. 569.

Est enim Monarchia *electiva*, in qua *Monarchia electitia, hereditaria, mixtae successionis.* cuiuslibet imperantis jus est personalissimum, eoque decedente, semper novus eligendus est, cum illa, in qua, deficientis principis in locum alius citra electionem simpliciter certa lege succedit, *hereditaria* dicatur, s. *successiva*, late s. d. Sed et intelligere datur *regna successionis mixtae*, in qua aliquis citra electionem certa quidem lege succedit, ita tamen, ut consensus populi, s. eorum, qui populum referunt, accedere debeat.

Dicatur 1) de *Electoibus* late et stricte s. d.

2) de *capitulationibus et pactis conventis.*

et conf. *Achenwall* (Gottfr.) de regnis mixtae successionis. Goett. 1762.

Werthof (Io.) de electione et successione in regnis. Helmst. 1687.

§. 570.

In *Monarchia hereditaria*, deficiente principe, semper iamiam aliquis adest, cui certa lege fundamentali jus quaesitum est, et qui citra novam populi electionem succedit. *Successor in Monarchia hereditaria.*
Eius

Eius generis igitur successor novis obligationibus et capitulationibus a populo, et qui eius loco sunt, adstringi nequit. Aliter se res habet in monarchia successionis mixtae.

§. 571.

Successor familiaris patrimonialis.

In Monarchia hereditaria, ubi jus succedendi adstrictum est familiae primi acquirentis, *successio obtinet familiaris, i. jure familiae hereditaria*, ubi vero simpliciter pendet ab eo, quod disposuit antecessor, *patrimonialis*, coll. §. 562.

§. 572.

De Monarchia successio nis patrimonialis.

In *Monarchia patrimoniali*, s. ubi obtinet *successio patrimonialis*, successor, ab antecessore nominatus, a populo s. ordinibus regni excludi et praeteriri, aut novis pactis conventis et legibus adstringi nequit. Si princeps decedit, nemine successore nominato, jus eligendi novum, leges successionis, immo formam civitatis immutandi redit ad populum, nisi et his temporibus iamiam legibus quibusdam prospectum sit.

§. 573.

De Monarchia jure familiae hereditaria.

In *Monarchia*, quae est *jure familiae hereditaria*, familia primi acquirentis est *stirps regnatricis*. Condenda igitur lex fundamentalis de ordine successionis eorum, qui sunt ex hac familia. *Talis lex*, neque ab imperante, neque a populo, neque consensu utri-

utriusque immutari potest, in praesudicium eorum, quibus ex hac lege fundamentali iamiam jus succedendi quaesitum est.

Dicatur in praesudicibus de variis generibus successione familiaris, linealis et non linealis, illiusque, agnaticae, s. Francicae, cognaticae s. Castilianae, ac mixtae s. Narbonensis. Dicatur etiam de jure primogeniturae, et quaestionibus aliis, huc pertinentibus.

Dabimus quaedam: In lineali successione valet jus repraesentationis, neque fit *transitus* e linea in lineam. At haec regula, me quidem iudice, valere tantum videtur de *progressu*, non autem de *regressu* a linea ad lineam. *Ius enim quiescens* statim *evigilat*, cessante causa, ob quam hucusque *quiescebat*. 2) Obtineat successio *Narbonensis*, s. *mixta*. Im deficientibus in linea regnante masculis, feminis tantum superstitibus, successio in aliam lineam, ubi masculi sunt, translata est. At in hac quoque linea, et in reliquis tantum feminae relinquuntur. Igitur *Zurru* ponitur: Cui competat successio, extinctis omnibus masculis, utrum feminae illius lineae, in quam tandem successio translata erat, an feminis superioris lineae, quarum ius succedendi *quiescebat*, quoad masculi adhuc aderant in alia linea? Pro illa sententia militare videtur praescriptio illa: *In successione lineali non fieri transitum e linea in lineam*. Pro hac autem illud: cessante causa, cessare effectum, seu jus quiescens *evigilare*, remota causa, ob quam hucusque quieverat, adeoque regulam illam non valere de *regressu*, sed de *progressu* e linea in lineam.

Qui in tali Monarchia succedit, jus suum non habet ab antecessore, sed *ex pacto et providentia majorum*.

Si stirps regnatricis extinguatur. Stirpe regnatrice extincta, jus de imperio disponendi redit ad populum, cui tum jus est mutationes tum formae civitatis omnino, tum legum successionis suscipiendi.

Quousque successor in Monarchia factis antecessoris obstringatur. Hoc demum loco commode explicari poterit quaestio illustris: *Quousque facta antecessoris obstringant successorem?* (ex principiis juris publici universalis.) Ac primum facile intelligitur, hic non suscipi sermonem de *actibus imperantis privatis*, sed de *publicis*, de quibus ita mihi videtur: *Quicquid Monarcha, cuiuscunque generis, valide fecit, vi potestatis, ipsi concessae, neque adeo cum detrimento salutis publicae, aut contra alias leges fundamentales, cum obliget ipsam civitatem, illi etiam adstrictus esse censendus est successor cuiuscunque generis**, live succedat ex electione, live successione patrimoniali, live jure familiae hereditaria.*^o)

Haec transferre licet ad ses alienum, ab antecessore contractum, ad privilegiorum, ab antecessore concessorum, revocationem, officialium civitium et publicorum abdicationem, etc.

Conf. de aere alieno:

Anon. Eroerterung der Frage: Ob ein Landesherr seiner Vorfahren Schulden zu bezahlen schuldig sey. 1752. 4.

*) Hunc in modum etiam rationes subduxit:

Non-

Nonnemo in der allgemeinen teutschen Bibliothec (p. 362. der ersten Abtheilung des Anhangs zum XIII — XIV. Bande) qui judicavit de libro: Bedenken, wie fern der Nachfolger in der Regierung pflichtig ist, die Schulden seines Vorweisers zu bezahlen. etc.

*) *Nettelblatt* disp. de successore, ex pacto et providentia majorum, ad facta ultimi defuncti, licet ejus heres sit, praestanda non obligato. Halae 1764. 4. et in Exercitat. academ. 1739 — 1779.

C) *De Modo amittendi imperium in Monarchia.*

§. 576.

Monarcha talis esse definit 1) morte, 2) absoluta inhabilitate superveniente, §. 388. 3) renunciatione s. abdicatione voluntaria, 4) abdicatione coacta, adeoque dethronisatione, quae fit a populo, iisve, qui populum referunt, et depositione, (sit venia verbis) quae fit ab eo, cuius potestati monarcha subiectus est. De primo et secundo non attinet dicere pluribus. Relinquitur igitur, ut de tertio et ultimo dicamus.

§. 577.

Quod attinet ad renunciationem, s. abdicationem voluntariam, mihi quidem, principi sine

sine populi consensu imperio se abdicare pro lubitu fas non esse videtur. Restrictio ad certum tempus non per se intelligitur.

Facit mecum *Achenwall* P. II. §. 155. contra sentit *Perill*, *Nettelblatt* §. 1206. conf.

Roth (Eberh. Rud.) de spontanea imperiorum abdicacione. Ulm. 1682.

Schurtzfleisch (Conr. Sam.) diss. de abdicacione principum. Vit. 1671. et in eius opp. historico-pol. n. 71.

Olearii (Godofr.) diss. de principe, magistratu se abdicante. Lips. 1702. Ab exemplis commendanda inprimis.

Obrecht (Ulr.) de abdicaciones Caroli V. Imper. Argent. 1670.

§. 578.

De abdicacione coacta. Quod attinet ad *abdicacionem coactam*, quaestio intime coniuncta est loco de jure populi extremo in ipsum imperantem omnino. Quodsi igitur laesio activa imperantis eius naturae est, ut sit *laesio civitatis*, (§. 383.) (nam de laesione singulorum, quatenus nondum est laesio civitatis, valent dicta §. 423. IV.) populo quidem, frustra tentatis mediis lenioribus, jure externo vim opponere licet imperanti summo, *illum imperio abdicare, s. dethronizare*, salvo tamen jure quaesito innocentis, immo alia adhuc duriora sibi indulgere. Quod vero cum illa

illa cautione accipiendum, quam adhibuimus §. 423. V.

§. 579.

Laeditur autem civitas, ut propria quaedam addamus, 1) a Monarcha, ipso absolutissimo, si adeo *tyrannum* agit, *exercitio talem*, h. e. si conatu efficaci civitatem pessumda-re fatagit. 2) Si est Monarcha limitatus, dolose violatis legibus fundamentalibus et capitulationibus. Reliqua intelliguntur ex §. 383. et 385. (coll. §. 423.)

Tyrannus quis?

§. 580.

A tyranno exercitio tali differt titulo tali, quem vocant, *Usurpator regni* qui potestatem civilem, legitime, non acquisitam, sibi arrogat exercendam, aut throno vacante, aut legitimo imperante adhuc existente. Quid de utraque specie liceat populo, et de altera imperanti legitimo, facile intelligitur.

De Usurpatoribus regni.

Conf. Cocceji (Henr. de) de regimine usurpatoris, rege ejecto. Isaacof. ad Viadr. 1705. 4.

§. 581.

Aemulorum regni, s. comperitorum, qui certant inter se, quis legitimus sit princeps, aut aliquis possidet, aut nemo. Ibi populus sequitur imperium possidentis, et qui est in possessione regni, pro rege habetur. Hic autem

De aemulis regni.

E e

fi

si nulla adhuc lege fundamentali cautum est, de huius etiam litis finiendae modo, 1) populi est, exitum expectare, neutrasque sequi partes, 2) quodsi unus ex aemulis vi apprehendere et occupare regnum velit, re adhuc dubia, ut usurpator regni tractandus. (§. praec.) 3) Lite finita, populus eum regem agnoscere tenetur, quem alter aemulorum, aut reliqui ipsi agnoscunt. 4) Quodsi tamen populo ex diuturnitate litis tristissima fata metuenda sint, et reipublicae everfio, ex favore necessitatis jure gaudet unum ex aemulis, prouti e re esse videtur, ultro agnoscendi aut victori se dedendi, salvo tamen jure alterius, in se spectato.

Conf. *Achenwall* (Gottfr.) *diff. jur. gent. et publ. univ. de jure in aemulum regni, vulgo Praerendentem.* Marb. 1747. 4.

Scheidemantel (Henr. Godofr.) *diff. de jure in causis litigiosae successiois in regna* Comment. 2. Ienae 1768.

D) *De interregno et vicariis.*

§. 582.

De interregno. *Interregnum*, tempus, quo thronus vacat, non magis in electiva, quam hereditaria Monarchia utriusque generis (§. 571.) existere potest, vario modo. Quod tempus si incidit, si nihil adhuc lege fundamentali definitum, imperium redit ad populum, a quo

quo pendet, imperium sibi ipsi retinere, et exercere, an *regimen interimisticum* alii cui-dam concedere velit, et quomodo. Per se eiusmodi *rektor interimisticus* est merus rektor, non imperans, *officialis civitatis, temporario officio* gaudens, adeoque subditus civitatis. Sed fieri potest, ut ampliora ipsi jura tributa sint.

§. 583.

Vicarius regni omnis ille intelligitur, qui, principe, aut deficiente, h. e. tempore interregni, (*vicarius populi* s. reipublicae) aut impedito tantum, (*vicarius principis*) aut propter immaturam aetatem, unde *tutor principis publicus*, aut propter absentiam, unde *gubernatores* (Statthalter) aut propter captivitatem, aliumve corporis animique morbum, regit civitatem.

Vicarius regni.

§. 584.

Vicarii populi tales sunt, aut lege quadam fundamentali, ex qua eorum jura etiam metienda, aut nova demum electione, sive populi, sive ordinum, ubi jura ex concessione et modo concedendi iudicanda sunt. (§. 582.)

Vicarius populi.

§. 585.

Vicarii principis sunt meri rectores civitatis, non suo nomine, sed principis, rem publicam administrantes, hinc etiam

Vicarius principis.

principi ad rationes suo tempore reddendas
obstricti sunt.

§. 186.

*De tutori-
bus publicis.*

Ad *tutores publicos* sigillatim quod atti-
net, *tutela publica*, s. vicaria reipublicae prin-
cipis minorennis loco administratio, distin-
guenda est a *tutela illius privata*. *Tutor pu-
blicus* aut ex lege fundamentali immediate ta-
lis est, aut a populo, et, qui populum re-
ferunt, constituendus *) nisi ipsi antecessori
jus tributum sit, quod per se non intelligitur,
tutorem successoris publicum nominandi.

*) Eadem est ratio vicarii principis, animi vitio, sed
non insanabili, impediti, de quo conf.

Anon. Aufsatz in der Berl. Monatschrift
Mens. April 1789. coll.

Boehmer (I. H.) in Iur. publ. Univ. et

Achenwall suo loco.

CAPVT II.

IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS
HYPOTHETICI

TIT. II.

De civitate composita, et aliis quibusdam civitatum consociationibus.

§. 587.

Si plures civitates, quarum sua cuique potestas civilis est, ita unam constituunt civitatem, ut propriae singularum, *minorum componentium*, potestates civiles communi alicui imperio subsint, certe in quibusdam, *civitas* existit *composita*, quae ipsa aut regnum esse potest, aut respublica stricte s. d. quemadmodum singulae civitates subordinatae aut monarchiae esse possunt, aut reipublicae stricte s. d. In civitate igitur composita duplex potestas civilis distinguenda, *summa* alia, seu *communis*, alia *subordinata*, et *propria*, eodemque modo duplex *subiectio*, *mediata* altera, altera *immediata*, unde *membrorum immediatorum*, et *mediatorum* distinctio. *Singulae civitates subordinatae*, non ad imperium commune, sed aut ad exterarum relatae, aut ad alias subordinatas, in iis, in quibus non subsunt imperio communi, *liberae* sunt.

De civitate composita.
sa.

Transferantur haec ad *Imperii Romano - Germanici* formam.

S. 588.

*De syste-
mate civi-
tatum.*

Alia ratio est *systematis civitatum*, (corporis civitatum confederatarum, systematis rerum publicum Achaicarum) societatis *aequalis* plurium civitatum, communis securitatis et salutis gratia inita, in qua exulat communis imperans, licet imperantes adfint, immo etiam director systematis intelligi possit. Civitates confederatae igitur non unam efficiunt civitatem, sed quaelibet est civitas separata, sua potestate civili, non subordinata, gaudens, adeoque *libera* respectu exterarum pariter, et ipsarum confederatarum. Cuilibet, si per se spectetur, salva et illibata sunt jura, potestate civili contenta, jus etiam belli et armorum, quousque illius exercitium scopo systematis haud repugnat.

Conf. Puffendorf (Sam.) de Systematibus civitatum, in eius dissertt. P. 210. sqq.

Schmidt (Ioach. Erdm.) Exercitatio politico-historica de civitatis origine, civitatumque systemate. Ienae 1745. 4.

Wieland (Ern. Car.) diff. de Systemate Civitatum. Lipsi. 1777. 4.

S. 589.

A systemate civitatum pariter atque civitate composita differt *unio civitatum*, si in uno eodemque subiecto insunt diversae diversarum civitatum, quae certe antea tales fuerunt, potestates civiles, aut ita, ut altera civitas, alterius pars facta, civitas esse desierit, forma sua plane amissa, et alterius formae exaequata, quae est *unio incorporativa et inaequalis*, aut contra, unde *unio non incorporativa*; quae aut *ex accidente et temporaria**) est, aut *perpetua*; unde civitatum *coordinatarum*, et *conjunctarum* differentia.

De unione civitatum.

- *) Exemplum est in *unione civitatum*, in quibus *diversa lex successionis publicae obtinet*, e. g. *agnaticae*, et *cognaticae*. Hic tempora incidunt, quibus *unio civitatum*, quae hucusque erat, ob diversas, quas poscit *lex successionis*, perionas, rursus definit.



I V R I S
CIVITATVM DOMESTICI
VNIVERSALIS

PARS. II.

IVS CIVILE PRIVATVM
VNIVERSALE

CAPVT I.

IVS CIVILE PRIVATVM
SVBDITORVM.

§. 590.

Ius civile *Ius civile privatum universale* versatur aut
privatum in ipsis juribus et obligationibus propriis per-
sonarum subditis subditorum, ad se invicem relocatorum, in-
veniens, aut in modo jus suum in civi-
tate persequendi contra subditum. De hoc
 nihil proprii præcipi potest, quin omne re-
 feratur ad locum *juris publici universalis*, de
 potestate judiciaria et publica justitiæ admi-
 nistratione. *Jura autem et obligationes natu-*
rales perfectæ, subditorum civilium, qua ta-
 lium, ad se invicem, *proprie*, nullæ intel-
 ligi possunt, a juribus et obligationibus na-
 turalibus perfectis hominum, qua talium,
 aut

aut sociorum, qua talium, diversae. *Omnia jura et obligationes subditorum civilium speciales, s. propriae, ab illis naturalibus hominum, et sociorum, qua talium, diversae, perfectae fiunt ex imperii civilis actu quodam obligatorio, adeoque ex lege aut mandato quodam positivo.*

Conf. *Achenwall* P. II. §. 208.

IVS PRIVATVM PRINCIPVM.

Conferantur: *Griebneri* (Mich. Henr.) delineatio Iurisprudentiæ privatæ illustrium, cura Io. Benj. *Reisig.* Goett. 1739. 8.

Neumann (Io. Frid. Guil.) meditationes juris principum privati. Franc. ad Moen. 1751 — 1756. Tom. IX. 4.

Struvii (Burc. Goth.) Iurisprudentia heretica, in ordinem redacta, et aucta a Io. Aug. *Hellfeld.* Jenae, 1743 — 1753. VII Tomi. 4. et inprimis

Hellfeld Diss. de fontibus juris, quo illustres utuntur. Tom. I. Iurispr. her. Struv.

§. 591.

Quotiescunque imperans civitatis non ut imperans spectari potest, *privati* quidem personam sustinet, sed non ideo statim *subditi*. Hinc neque res illius privatae, negotia et actus privati, aut status, per se subsunt legibus illis positivis, quibus ipsius subditi sibi invicem obstringuntur, *) sed legibus naturalibus singulorum, in statu naturali viventium, nisi aut *expresse*, aut *tacite*, et illis legibus causas suas privatas submiserit. **)

*) Non est *subditi ad imperantem*, quæ *privatum*, habitus *subditi*, ad *subditum* relati, cum tamen ad

ad ~~hanc~~ pertinent leges positivae privatae, ab imperante subditis latae.

*) In alieno quidem territorio, quoad res, con- ^{Qua}
tractus, aliaque facta, aliosque status privatos ^{extero res}
per se subesse legibus subditi, aut forensis, aut ^{est.}
temporarii, legibus fori contractus, ipsique foro
contractus etc. Quodsi vero imperanti cum
extero res est in ipsius imperantis territorio,
si hic judicatur ex legibus privatis positivis il-
lius territorii, et huic fas est imperantem ex
iisdem legibus judicare, convenire, etc. quodsi
vero illum imperans tractet ex jure mere na-
turali, et ipse utitur eodem tantum jure.

§. 592.

Quodsi I) imperantem referamus ad pa- ^{Princeps}
trimonium ipsius privatum, jura ipsius et ^{ratione na-}
obligationes ex natura illorum bonorum iu- ^{rimonii}
dicari convenit, prouti sunt aut feudalia, ^{spectatus.}
aut avita, aut alius generis, et quoad haec
inprimis notandum, 1) legibus, quibus alie-
nandi libertas subditorum adstricta est, non
subesse imperantem, 2) onera realia, istis
rebus inhaerentia, antequam imperans ac-
quisivisset, adeoque cum essent privata str.
f. d. manere, nisi ista onera fisco cedant, no-
va autem, bonis privatis str. f. d. imposita,
ad illa minime pertinere.

§. 593.

Quod II) attinet ad contractus, cum sub- ^{Ratione con-}
ditis irritos, cum per se hic non obtineat ha- ^{tractuum}
bitus subditi ad subditum, per se neque in ^{privatorum}
illis

illis negotiis imperans subest legibus positivis, ad contractus subditorum spectantes, sed in illis utitur jure mere naturali, nisi aut *expresse*, aut *tacite*, subditum in ipso hoc negotio ex ipsis illis legibus iudicando, istis legibus se subjecerit.

§. 594.

Rationes status privati privati. Si III) spectes status imperantis privatos, ex societate imprimis conjugali, paterna, et herili,

1) quoad societatem conjugalem praeter ea, quod coniux, sed non qua talis, in territorio vivens, sit in subiectione civili, *) quae autem est relatio publica, in ipsis causis matrimonialibus, per se uterque coniux non subest legibus privatis positivis, quia neque hic obtinet relatio subditi ad subditum, nisi imperans illas ipsas *expresse*, aut *tacite* agnoscat.

*) Confer. *Schorn* (Chrn.) *Bodeaken*: Ob eines regierenden Fürsten und Landes-herrn Gemahlin seine Unterthanin sey. Lips. 1730. 2. edit. 1750.

2) quoad societatem paternam, liberi non tantum subsunt potestati civili, subditi civiles, sed et patriae imperantis potestati, cuius jura naturalia omnia non subordinata illi competunt, quaeque adeo

adeo suo Marte exercet, ut sit maiestas
 quaedam late f. d. et multo amplior, quam
 reliquorum subditorum, in liberos po-
 testas. *) Hinc etiam *tutores privatos*
 dare liberis potest, cum *per se* publi-
 cos constituendi jus non intelligatur.
 (§. 586.)

*) Conf. *Beck* (Casp. Achat.) de potestate
 et jurisdictione principum in liberos.
 Jenae 1729. 4.

3) Eadem valent de *societate herili*.

§. 595.

Ad successionem privatam quod atti-
 net, in bona imperantis privata, *De successio-
 ne privata.*

- 1) haec *per se* non sequitur leges funda-
 mentales successionis publicae,
- 2) Pro diversa *iporum bonorum privatorum*
 conditione diversa est,
- 3) Successio in bona patrimonialia strictis-
 sime f. d. imperantis *per se* non se-
 quitur leges positivas successionis pri-
 vatae, sed libertas de illis statuendi
 irrestricta competit imperanti. Cete-
 rum successor privatus succedit in om-
 nia jura et obligationes defuncti, ex
 bonis privatis praestandas.

§. 596.

Modus persequendi jus suum, quae privati.

Imperanti, quae privato, jus suum contra extranetum, subditum alius generis, in alieno territorio persequi non licet, nisi *agendo* in iudicio competente. Ius vero contra subditum, si res in se spectatur, suo Marte exercet, quia hic illum spectare licet, ut personam in statu libertatis naturalis viventem, adeoque valent dicta §. 333 — 360. Aequius tamen est, ut subditum in iudicio competente conveniens huic universae causae tractationem, adeoque se ipsum suo modo submittat.

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO QVINTA.

IVS GENTIVM VNIVERSALE.

AMERICAN BAPTIST

MISSIONARY SOCIETY

OF THE UNITED STATES

IVS GENTIVM VNIVERSALE.

Conf. Zouchæi (Richard) *Iuris et iudicii fecialis s. Iuris inter gentes, et quaestionum de eo explicatio.* Oxon. 1650. 4. viusque vers. germ. *Allgemeines Voelkerrecht.* Francof. 1766. 12.

Textoris (Io. Wolfg.) *Synopsis Iuris gentium.* Basil. 1640. 4.

Vogels (Gottl.) *Allgemeines Voelkerrecht.* Francof. 1668. 12.

Ichibat (Io. Ad. L. B. ab) *Elementa juris gentium.* (resp. *Comite de Colloredo.*) Wirceb. 1740. 4.

Wolf (Chr. L. B. a) *Ius gentium, methodo scientifica pertrattatum.* Hal. 1749. 4.

Glasen *Voelkerrecht, nach dem Rechr der Vernunft betrachtet.* Norimb. Franc. et Lips. 4. 1752. edit 3.

Vattel. *Le Droit de gens par* Mar. de Vattel. Londin. 1758. 2 Tom. 4. edit. noviss. Amstelod. 1775. 2. Tom. 8. in vernac. transl. a Io. Ph. Schulin, Francof. et Lips. 1760. Ill. Tom. 8.

Schrodt. (Franc. Lothar.) *Systema Iuris gentium.* 1780. 8. Bamberg, Ortum ex di-

F 4

Ipu-

sputatione: Systema Iuris gentium, quod sub directoratu Franz Wenzesl. Steph. de Cronenfels defendit Adelberus, S. R. I. Comes Czerni. Prag. 1768.

Maillardiere (de la) *Precis du Droit des gens, de la paix, et des Ambassades.* Tom. I. Paris. 1776. 8.

Notetur etiam:

Moseriana, ad Ius Gentium Europaeorum spectantia, et

Avon: Grundriß eines Europaeischen Voelkerrechts, nach Vernunft, Vertraegen, Herkommen und Analogie. Ratisb. 1777. 8. prodromus majoris operis.

Martens (de) *primae lineae Iuris gentium Europaeorum practici.* Goett. 1785. 8. accedit praecipuorum quorundam Foederum ab anno 1748 percussorum historia.

Eiusd. progr. Versuch ueber die Existenz eines positiven Europaeischen Voelkerrechts. Goett. 1787. 4.

Günther (K. G.) *Europaeisches Voelkerrecht in Friedenszeiten, nach Vernunft, Vertragen und Herkommen -- mit Anwendung auf die teuffchen Reichstaende.* Altenb. 1786. 8.

Tadnem notetur

Omyteda (Henr. Lud. L. B. de) *Litteratur des gesammten sowohl natuerlichen, als positiven Voelkerrechts. Partes II.* Ratisb. 1785. 8.

IURIS GENTIVM VNIVERSALIS.

CAPVT I.

IUS GENTIVM VNIVERSALE ABSOLVTVM.

Kunhold (Lud. Mart.) *diff. de statu naturali rerumpublicarum.* Lips. 1723. 4.

§. 597.

Gens, accuratius dicta, est coetus hominum, unam civitatem constituentium, relatus ad alios, quibus non est civiliter subiectus. Fieri igitur potest, ut civitas quaedam alia ratione gens sit, alia ratione non sit. *Gens libera* dicitur, quae nulla ex parte alii imperio subiecta, quae contra est, *non-libera*. *Gens*, non libera etiam, quae *gens*, tamen est libera.

§. 598.

Systema igitur civitatum non est gens, *singulae* autem civitates confederatae, tam ad se relatae, quam ad extraneas, sunt gentes. Neque *Anarchia* est gens. *Civitates, unione non-incorporativa unitae*, non sunt una gens, sed quaelibet per se est gens. *Civitates* autem, *Confederatae.*

Ff 2

autem, *incorporative unitae*, unam efficiunt, neque incorporata ipsa, per se spectata gens est. *Respublica composita* est gens. Sed et *quaelibet* illius pars, *civitas minor, subordinata*, non relata ad imperium commune, sed aut ad aliam extraneam, aut ad ipsam aliam componentem eiusdem reipublicae compositae, in iis, in quibus non subsunt, imperio communi, gentium numero habenda. (§. 587. sqq.)

Quamquam neque systema civitatum confederatarum, neque Anarchia, gentium numero ac loco habenda sint, et ipsa tamen, et *quaelibet societas major aeterna*, licet non sit gens, jure gentium utuntur, quatenus sunt liberae et independentes a subjectione civili alius societatis.

Imperans cum referat gentem suam, jus imperantium, qua talium, ad se relatorum, idem est juri gentium.

§. 599.

Gentium aequalitas et libertas naturalis. Quaelibet gens, ad aliam relata, seu in toto adhuc omni facto, libera et independens, atque aequalis alteri, *I. status absolutus gentium, qua talium, ad se relatarum, est status libertatis naturalis, et aequalitatis Juridicae, utut alioqui sint maxime inaequales.* Gentium igitur in statu absoluto sunt omnia illa jura et obligationes perfectae, quae sunt singulorum, in statu naturali absoluto, de quibus satis copiose expositum Sect. I. Cap. I. §. 134. — 155.

*) De societate quadam gentium maxime, ipsa natura constituta, quam civitatem maximam alii, alii Systema gentium dicere amant, de imperio universarum gentium in singulas, de Rectore civitatis huius maxime ficto, de jure quotam gentium voluntario, ex notione civitatis maxime ducto, a pactitio et consuetudinario distincto, quod alii appellant jus gentium systematicum & sociale, et, voluntarii nomine rejecto, partem Juris gentium universalis, s. naturalis et philosophici faciunt, praeter Grotium in Proleg. adatur:

Wolf in majori opere juris gentium. Proleg. §. 7. — Fin.

Nettelbladt (Dan.) in systemate Elementari universae jurisprudentiae, naturae, §. I 60. — 1364.

Ceterum omnia corruunt cum figmento societatis gentium s. civitatis maxime, ipsa jamjam natura constitutae, per dicta §. 19. not.

§. 600.

Gentium igitur in statu naturali absolutum jura et obligationes perfectae negativae tantum intelliguntur. Genti jus est conservationis tum universitatis, tum singulorum. Ergo et inter gentes obtinet favor necessitatis. Suum cuique jus est bonae existimationis simplicis, et tuendi existimationem singulorum quoque. Nulla e diverso inter gentes a natura praecedentia, *) aut proedria, neque gens a gente singularem honoris externi cultum postulare potest. **) Idemque valet de imperantibus illarum, qua-
libus.

Ff 3

libus. Nulla gens tenetur permittre, ut alia negotiis ipsius publicis se immisceat. Exulat inter gentes superior, obedientia, iudex et iurisdictionis str. f. d. poena str. f. d.

*) Conf. *Kahle* (Lud. Mart.) de praecedentia gentium. Goett. 1738. 4.

Hoffmann (Chr. Godofr.) de fundamento decidendi controversus de praecedentia inter liberas gentes. Lips. 1721.

Plures vide apud *Meisterum* voce: praecedentia.

**) Dicatur de appellatione regum, et conf. in primis

Ludwig (Io. Pet. de) de auspicio regum, et de iure appellandi reges. Tom. I. opusc. misc. Libr. I. num. 1. et 2.

§. 601.

Consuetudo. Quaelibet praeterea gens iure gaudet absoluto acquirendi, legitimo modo, potentiam suam domi et foris augendi, adeoque hic omnia valent, quae de iure connato singulorum in res huius universi disputata sunt, nec propria quaedam hic dicenda restant.

Scriptis, de dominio maris supra excitatis, addatur:

Hagemayer (Ioach.) Sylloge dissertationum de imperio maris. Franc. 1663. 12.

CAP.

~~—————~~

CAPVT II.
IVRIS GENTIVM HYPOTHETICI

TIT. I.

De dominio et jure territoriali gentis.

§. 602.

Ad *res gentis* non tantum publicae late ^{Res gentis} et strictè s. d. sed et *res privatorum*, ac singulorum ^{quorum} suo modo pertinent, si nimirum ^{fuerit} gens, ut totum, refertur ad aliam gentem; adeoque genti etiam competit jus alios excludendi ab usu quocunque rerum, etiam, quae sunt privatae, ac singulorum.

§. 603.

Genti enilibet jus est 1) quemcunque ^{Jus territorialia gentis.} excludendi ab accessu et transitu territorii, eiusque 2) est constituere, quamam lege exteris permittere velit transitum et commorationem in territorio, aut usum territorii qualemcunque, etiam innoxium. Inprimis 3) gens transitum et commorationem in territorio aliter alicui permittere per se non intelligitur, nisi ut subsit potestati civili. Adeoque exterritorialitas, (sit venia vocabulo) nulla praesumitur *), sed probari et expresse concessam esse oportet, concessa autem hanc restrictionem tacitam habet, salva salute publica.

Ff 4

*) *Grasse*

*) *Grape* (Franc. Joach. Gustav von) Kurtze doch gründliche Erörterung der Frage: Ob der Souverain eines Staats der Souverainité dessen unterworfen sey, in dessen Staaten er sich befindet. Francof. et Lips. 1752. 4.

§. 604.

*Servitudes
juris genti-
um an den-
sur?*

Non dantur *servitudes juris gentium*, *) ipsa natura constitutae, sed eiusmodi aliquod jus semper a concessione gentis pendet, si ab illa specio discesseris, ubi genti in gentem praeter ordinem aliquid licet, ex favore necessitatis. Ceteroquin genti jus est eiusmodi servitutum constituendi, territorium, eiusve partem, oppignorandi **) aliudve jus reale constituendi.

*) Veluti jus transitus, ad modum servitutis vise et itineris inter privatos, jus conscribendi milites ***) jus praefidi in alieno territorio.

Conf. *Felz* (Io. Henr.) diss. de servitutibus juris publici, s. de juribus in alieno territorio. Argent. 1701.

Engelbrecht (Chph. Io. Conr.) Comment. de servitutibus juris publici, cum praef. Buder. Lips. 1739. 4.

Schmidt (Ioach. Erdm.) progr. de servitutibus juribus publici, falso nomine sic appellatis. Ienae 1764. 4.

**) Conf. *Gundling* (Nic. Hier.) Schediasma de jure oppignorati territorii, secundum
Ius

Ius Gentium ac Teutonicum Viteb. et
Lips. 1741. 4.

***) *Ickstat* (Io. Ad. L. B. ab) de illicitis mili-
tum acquisitionibus in alieno territorio,
eiusque poenis. Wireeb. 1738. 4.

§. 607.

An praescriptio sit juris gentium, disputa- Praescriptio
tione ulteriori non eget, sed ex iis facillimo *inter gentes.*
negotio iudicatur, quae §. 306 — 309. ex-
posita sunt.

Kipping (Io. Wolg.) Comment. de Usuca-
pionibus Iuris publici Helmst. 1738. 4.

Fredersdorf (Leop. Frid.) Versuch einer Un-
tersuchung über die Frage; Ob die Usuca-
pion unter freyen Völckern statt finde?
Brunov. 1785, 8.

Garve über die Verbindung der Moral mit
der Politic. p. 37. sq.

IVRIS GENTIVM HYPOTHETICI

TIT. II.

De jure conventionum publicarum et foederum.

Nubem scriptorum, ad hunc locum pertinentium, vide apud *Meisterum*, vocibus: Pactum, conventio, contractus, foedus. Notentur:

Struvis (Georg. Ad.) differt. de contractibus principum. 2. edit. 1745. Ien.

Bodini (Henr.) diff. de contractibus summarum potestatum. Halae 1696. 4. 2. edit. 1748. ibid.

Liebethal (Chr.) delineatio juris foederum. Gieß. 1624. 4.

Werthof (Io.) de pactis liberarum gentium. Helmst. 1691. 4.

Treuer (Goul. Sam.) diff. de auctoritate et fide gentium atque rerum publicarum. Lips. 1747. 4.

Goebel (Io. Guil. de) de pactis, foederibus et sponsionibus. Helmst. 1743. 4.

§. 606.

Pacta publica et foedera realia et aeterna.

Quid *pacta publica et foedera* differant, dictum §. 549. Per se praesumuntur esse *realia*

realia, et aeterna (§. 548. 575.) *Personalia* tamen, et *temporaria* esse possunt, h. e. aut *expresse*, aut *tacite* ad *personam*, ac *tempus* restricta.

§. 607.

Pactorum publicorum numero non sunt *Sponsiones*, *sponsiones*, quae dicuntur, h. e. conventiones, quibus aliquis nomine gentis aliquid promittit, hoc jure non instructus, sive officialis aliquis civitatis, sive ipse imperans, limitatus autem, et consensui populi, aut eorum, qui hunc referunt, adstrictus in paciscendo et foederibus pangendis. Eiusmodi sponsiones gentem non obstringunt, nisi *ratas esse iubeat*, neque vero etiam ad rati- habendas perfecte obstricta est.

Hommel (Io. Chph.) de sponsionibus mini- strorum. Ien. 1743. 4.

Thomasius (Chrn.) de sponsione Romano- rum Caudina. Lips. 1684. et in Vol. Diff. Lips. 1695. D. VI p. 428.

Ejusd. de sponsione Romanorum Numantina. Lips. 1688. et in Dissert. Lips. D. XIV. pag. 976.

Dicatur de pactis *principis captivi*, et conf.

Dankelmann, (Car. Lud. L. B. de) diff. de pactis et mandatis principis captivi. Hal. 1718. recul. 1741. 4.

Ex variis pactorum publicorum et foederum divisionibus occurrit varietas 1) *generalium* de eò, quod iam iure Naturae debetur, et *specialium*, de eo, quod per se non debetur, quorum illa *Puffendorffio pudenda*, haec *non pudenda* vocantur, 2) *aequalium* et *inaequalium*. Inequalia autem intelligi possunt aut ratione praestationis, aut ratione conditionis paciscentium, inde exortae, si nimirum imminutionem summi imperii alterius gentis, et libertatis ipsius involvunt, ita, ut hoc modo, et ex hac parte saltem, non ut gens spectari queat, 3) *obiectiva* quaedam divisio in *pacta bellica*, inter ipsos belligerantes inita, et alia, veluti *auxiliorum*, *commerciorum*, *finium*. etc.

Quemadmodum pactis omnino, ita et publicis et foederibus variae accedere possunt cautiones et firmamenta, *juramenta*, *guarantia*, *fideiussiones*, *oppignorationes*, *obsides* &c.

*Cautiones
pactorum
publicorum
et foederum.*

Conf. *Freudenstein* (Fried, Lud. Waldner de) *diss. de firmamentis conventionum publicarum*. Gieff. 1753. 4

Neyron. *Essai historique et politique sur les Guaranties, et en general sur les diverses methodes des anciens et des nations modernes de l'Europe d'assurer les Traités publics*. Goetting. 1777. 8.

Est autem *guarantia* pactum publicum, De *Gua-*
quo gens genti promittit auxilium bellicum, *rancia.*
contra illum, cui in mentem venerit jus
aliquod illius, imprimis *passitium*, violare.
Pactum principale vocatur *guarantigiatum*.
Unde facili intelligitur, quid *guarantia* di-
stet a fideiussione inter gentes.

Ehrhard (Chrn. Dan.) de sponforibus juris
gentium prolusio. Lipsi. 1787. 4.

Obsides sunt *cives*, qui ipsi ad hoc onus *De obsidi-*
publicum obstricti intelliguntur, (§. 610.) *bns.*
majoris alicuius numeri ac dignitatis, in secu-
ritatem debiti, inprimis bellio: cuiusdam
pacti, genti quasi *oppignorati*, aut vi abdu-
cti. Hinc jus gentis creditricis in *obsides* ex
similitudine pignoris merendum, neque in
vitam *obsidum* aliquid licet, *) nisi ipsorum
dolus interveniat, quo minus gens, a quo
dati sunt, satisfaciat. *Fugientes obsides* a
gente, que tradidit, restituendi, quod si
in potestate illius non sit, ad alios *obsides*
substituendos non obstringitur, manet tamen
obligatio principalis. **)

*) Contra *Groñum* L. III. c. XX. §. 54.
coll. *Heineccii* praelect. acad. ad *Groum*
Berol. 1744. 8.

**) *Conf. omnino* :

Schil.

Schilter (Io.) de jure et statu obsidum Rudolphip. 1664. 8. et len. 1673. 4.

Harpprecht (Chr. Ferd.) diff. de jure in rempublicam, obsides deserentem. Tubing. 1748. 4.

Breuning (Chr. Henr.) diff. de fuga obsidum. Lips. 1766.

Steck (Lo. Christ. Guil.) von den Geiseln und Conservatoren der Verträge mittlerer Zeiten und dem Ursprung der Garantien, in dessen Verlusten. 5te Abhandl.

§. 612.

De concursu foederum.

Ceterum pactorum publicorum et foederum tollendorum ratio iisdem legibus constat, ac reliquorum omnino *) (§. 310. sqq.) Restant quedam propria de *Concursu foederum*, inprimis *bellicorum*. Ac primum quidem, probe perpendis, quae §. 313. dicta sunt de *Concursu* pactorum omnino, ut *casus foederis*, et *auxilii bellici* existat, requiritur, ut causa alterius ne manifesto iniusta sit. Tum vero, si foedera tempore inaequalia sunt, praecipuum catholicum est, ut *antiquiora posterioribus praesent*, sive sociis meis cum extraneo res sit, sive inter ipsos bellum exardeat. Quod si vero aequalia sint tempore foedera, neutri in vero concursu, cuiuscunque generis sit, aliquid debetur.

*) Conf.

*) Conf. *Breunig* (Chr. Henr.) dissert. de
caussis justis soluti foederis ex jure gen-
tium. Lips. 1762. 4.

***) Conf. *Corceji* (Sam. de) in Intr. diff. XII.
L. VII. c. IV. §. 782.

Schultzeiß (Phil. Ad.) de jure belli pro foe-
deratis contra foederatos 1738.

Menken (Otto) de justitia auxiliorum contra
foederatos. Lips. 1685. 4.

IVRIS GENTIVM HYPOTHETICI

TIT. III.

De jure legationum.

Infinitis scriptis, a Meistero congestis, e quibus notentur:

Gentilis (Alberici) de legationibus. L. III. Lond. 1583. 4.

Wicquefort (Io.) Memoires touchants les Ambassadeurs et les Ministres, publiés par L. M. P. Colon. 1676. 12. recuf. hac inscriptione: L'Ambassadeur et ses fonctions. Ibid. 1679. 12. et Hagae Com. 1680. 4. et Amstel. 1746. II. T. 8. m.

Gundling (Nier-Hier.) Tract. von Gesandtschaftsrecht.

Callieres de la maniere de negocier avec les Souverains. Bruxellis 1716. 8.

Antonii de Vera et de Cunniga Legatus, omnibus partibus et numeris absolutus, hispan. 1709. Lugd. Bat. II. Tom. 8.

Roesler (Io. Eberh.) de juribus legatorum ex jurisprudentia naturali demonstratis Tubing. 1713. 4.

Addatur

Paccassi Einleitung in die saemtlichen Gesandtschaftsrechte. Vienn. 18. 1778.

Waldin

Wallin (Io. Gottl.) *diss. de primis legationis principis*. Marb. 1767. 14.

Ahnert (Chr. Goth.) *Lehrbegriff der Wissenschaften, Erfordernisse, und Rechte der Gesandten*. Dresdae. 1784. 2. Tom. 8.

Römer (Chrn. Henr. de) *Versuch einer Einleitung in die rechtlichen, moralischen und politischen Grundsätze über die Gesandtschaften, und die ihnen zukommende Rechte, als Lehrbuch bearbeitet*. Gotha. 1788. 8.

§. 613.

*Legatus, ab Agentibus, *) Consulibus, **) Commissariis, Deputatis, toto coelo diversus, persona, a gente ad gentem de negotiis publicis missa, est mandatarius gentis, et officialis illius publicus, caractere repraesentatio generali (communi) instructus, a quo differt specialis et proprius, qui potissimum in honore, legato, qui illo gaudet, debito, cernitur. ***)*

Legatus quis?

*) *Dicatur de ambiguitate huius appellationis, cum agens quoque interdum eos dicant, qui in residentia principis degunt, ut ipsorum subditorum, in provinciis nimis distantibus, causas agant apud imperantem. Vid. Anon. in der Lemgoer Bibliothec. Vol. XII, qui iudicavit de libro Paccassi, p. 154. sq.*

**) *Vid. Anon: Versuche über einige erhebliche Gegenstände, welche auf den Dienst des Staats Einfluss haben. n. XI. von den Consulen handelnder Nationen.*

G g

***) *Cor-*

***) *Cocceji* (Henr. de) *diff. de repraesentativa legatorum qualitate.* Heidelb. 1680. 4. et in *Exercit. Tom. I. n. 38.*

§. 614.

Varietas In variis legatorum divisionibus haec *quaedam* *le-* *men* eminent, ut 1) aut *character* repraesentatio speciali excellant, *Legati primi ordinis*, (*Ambassadeurs*, *Bothschafter*) aut contra, *secundi ordinis* *) 2) aut mandato cum libera instructi, *plenipotentarii*, aut non, 3) aut *affidui*, *ordinarii*, *Residentes*, aut *extraordinarii*.

*) *Nonnemo*, hoc iudicium esse legatorum 1. et 2. ordinis, ait; ut in illius litteris credencialibus haec fere occurrant: Wollen Ew. Majestaet, (Ew. Liebden) solchen gleich uns selbst, auf- und annehmen, wie Wir ihm denn die Macht ertheilt, sich aller uns zustehenden Praerogativen und Gerechtigkeiten zu bedienen, in huius vero: Wollen Ew. Majestaet, (Ew. Liebden) ihm in allen, was er vorbringen wird, gleich uns selbst, Glauben bey messen.

Confer. *Dithmar* (Iust. Chrph.) de *Legatis primi et secundi ordinis.*

Muller (Petr.) *diff. de legatis primi ordinis*, von *Gelandten* des *ersten* *Ranges.* *Lenae* 1692. et 1711. 4.

**) *Muller* (Petr.) *dissert. de Residentibus.* *Len.* 1690. 4.

Dorn

Dorn (Io. Chrph.) diff. de eo, quod iustum esse circa legationes assiduas, Jen. 1716. 4.

§. 615.

Quaelibet civitas, quousque ut gens ^{Quis gaudet} spectari potest (§. 597. 1q.) jure gaudet mit- ^{at jure mis-} tendi legatos, cuiuscunque generis. Hinc ^{sendi lega-} et civitates subordinatae, relatae ad alias ^{tos.} extraneas, immo et ad alias ejusdem reipublicae compositae. (§. ead.)

Conf. Furslenarius (Caesarinus) h. e. Leibniti-
nii, de Jure suprematus et legationis
principum Germaniae. 1677. 8. coll. No-
tis et Animadversionibus in hunc Tract.
Coln. Allobr. 1682. 8. et Discursu de Su-
prematu. Hyetopoli ad Istrum. 1681. 8.

Kulpisii (Jo. Georg.) diff. de legationibus
statuum imperii. Giesl. 1679. 8.

Muller (Petr.) de principum Germaniae Le-
gationibus. Ienae 1678. 4.

Presbentae (Justin.) h. e. Henrici Hennigis
disc. de jure legationis, statuum Imperii.
Eleutheropol. 1701. 8.

Woelcker (Car. Guil.) diff. de jure legationum
Civitatum imperii. Altd. 1713. 4.

§. 616.

In iis, quibus legatum instructum esse ^{Varia docu-} oportet, litteris sunt 1) credentiales, (das ^{mensa legati} Creditiv) i. e. a mittente ad illum datae, ad

Gg 2

quem

quem mittitur, quibus legatus pro tali declaratur *), 2) *liberi comitatus* (der Passeport.) quibus jus comitatus, h. e. secure hinc inde eundi conceditur, aut a gente, ad quam mittitur, aut ab alia, cuius territorium transit, 3) *mandatum*, quo ipsi negotium expediendum commissum est, 4) *Instructio arcana*.

*) *Nettelbladt* disp. de forma litterarum creditulium. Halae. 1753 et in *Exercitiis* acad. 1739. — 1779.

§. 617.

*An admissio
legati sit of-
ficium per-
fectum?*

Cum sit libertatis naturalis singulorum, aditum aliis concedere velint, nec ne, (§. 136.) cum vi juris territorialis genti liceat alios arcere ab accessu, commoratione et transitu territorii, (§. 603.) ipsa *admissio legati*, h. e. ut aditus ipsi concedatur, et, quid in mandatis habeat, audiatur, non est officium perfectum gentis, neque adeo denegata *per se* iniuriae ac laesionis vim habet, neque gens, legatum recusans, rationes huius consilii reddere tenetur. *) Quod si vero legatus, pacis causa missus, aut alius controversiae amicabilem componendae gratia, rejicitur, indicio est, gentem ab hac amicabile compositione alienam esse, adeoque tum legati recusatio foret iusta causa belli.

*) Memm facit *Achenwall* P. II. §. 248. et disert. de transitu et admissione legati, ex pacto repetendis. Goett. 1748. 4. Contra

tra sentit Perill. Darjes §. 338. et Perill. Nettelblatt. §. 1431. de quorum argumentis coram videbimus. Conf. §. 599. not. *)

Dicatur de propriis quibusdam causis, de quibus ~~causis iniquitatem~~ etiam et inhumanitatis vim legatum aut omnino, aut hunc vel illum recusare liceat?

§. 618.

Videamus nunc de juribus et obligationibus, ex statu legati pendentibus, naturalibus illis quidem, nec arbitrariis. Ac *primum* quidem si referatur ad ipsum mittentem, omnia iudicanda sunt ex loco de mandato et officialibus publicis.

*Item et
obl. ex statu
legati,
relat. 1)
ad mittentem.*

§. 619.

Sin autem 2) referatur ad gentem, ad quam mittitur, duplex potissimum existit, altera de honore, legato exhibendo, altera de eius *exterritorialitate, sanctitate et inviolabilitate* quaestio. Ac missa illa, de qua ad mores et consuetudinem omnia redeunt, in hac potissimum versabimur.

2) ad gentem, ad quam mittitur.

§. 620.

Exterritorialitas legati est immunitas quaedam a potestate civili gentis, ad quam missus est, quae tantum abest, ut ex ipsa legati notione sequatur, *) ut potius concessam esse oporteat a gente, ad quam missus

Exterritorialitas.

est, concessa autem hanc legem tacitam habeat, *salva salute publica*. Concessa autem non tantum ad ipsum legatum, sed et ad homines, vasa, aedes legati pertinet, de quibus singulis deinde.

*) Aliud videtur *Achenwallio P. II. §. 253.* et *Perill. Nettelblatt. §. 1428.* de quorum argumentis coram.

Universa etiam gens, si accederet territorium alterius gentis, per se non gauderet *exterritorialitate*.

§. 621.

Sanctitas,
s. inviolabilitas le-
gati.

In partibus hujus exterritorialitatis est *sanctitas*, s. *inviolabilitas strictè s. d.* immunitas a vi, non tantum iniusta, quae sane nihil praecipui ac proprii foret, sed et a vi iusta, quam alioqui vi potestatis civilis *subdito temporario* inferre liceret, adeoque a *jurisdictione gentis*, apud quam degit, quatenus salva salute publica illi renunciatum esse potuit, ita ut hactenus subsit jurisdictioni tantum mittentis. Quod ut magis perspicuum fiat, dispiciamus de legato, ex contractu obligato, et delinquente.

*) *Conf. Bynckershoek (Cornel. van) de foro legati. Lugd. Bat 1721. 8.*

Fleischer (Io. Laur.) de juribus et iudice competente legatorum. Hal. 1724. 4.

Quod-

§. 622.

Quodsi igitur ex contractu teneatur legatus, non licet illum hac de re convenire in iudicio quodam gentis, ad quam missus est, neque ipsum aut eius bona arresto constringere, sed adeundus est mittens, nec nisi hic, ut satisfiat, efficere nolit, durioribus illis in legatum locus est.

Legati contractantis forum.

Muller (Casp. Math.) de foro legati contractantis. Rostoch. 1704. 4.

Turin (Io. Ignat.) diff. de illibata exemptione legatorum a iurisdictione loci, ubi resident, in causis civilibus. Erford. 1772. 4.

§. 623.

Si legatus delictum committit, adeundus est mittens, ut satisfiat, puniaturque legatus. Hac autem satisfactione non subsecuta, aut si in mora periculum fuerit salutis et tranquillitatis publicae, cessat sanctitas et inviolabilitas legati.

Legatus deliquens.

Confer. *Zouchacus* (Richard) de legati delinquentis iudice competente etc. Oxon. 1657. 8.

Cocceji (Henr. de) diff. de legato sancto, non impuni. Heidelb. 1699. 4.

Muller (Casp. Math.) de foro legati delinquentis. Rost. 1704.

Anon. Dissert. juris gentium de exemptione legatorum a foro criminali illius, ad quem

Gg 4

missi

missi sunt. Marb. 1741. 4. Auct. est.
Abr. Dan. Clavel a *Brandes*.

§. 624.

De homi-
nibus le-
gati.

Quae de ipso legato dicta sunt, et in
hominibus legatis, familiam, officiales, et comi-
tarum eius conveniunt. Non enim substat
jurisdictioni gentis, apud quam degunt,
sed potestati mittentis, cuius in arbitrio po-
situm, quid quantumque juris et potestatis
in illos concessum velit ipsi legato *) Quod-
si igitur delinquunt, adeundus legatus, aut
mittens. Quodsi vero aut periculum in
mora sit, aut satisfactio non sequatur, in
illos licet, quod his temporibus in ipsum
legatum permissum foret.

*) *Willenberg* (Sam. Frid.) de Iurisdictione
legati in comites suos. *Gedan.* 1705. 4.

§. 625.

De vasis
legati.

Vasa legati dicuntur omnes res, quas ad
vitae necessitatem, commoditatem, iucundi-
tatem secum affert, aut adferri curat, minime
autem merces, quibus commercium exercere
institueret in territorio. Atqui exterritoria-
litate concessa, neque retinere hoc vel illo ti-
tulo, s. arresto constringere licet, neque
onera ex illis publica exigere.

§. 626.

De aedibus
legati.

Aedes legati spectari convenit instar ter-
ritorii gentis mittentis, ut igitur 1) liceat
lega-

legato in aedibus ipsius peragere, quae ipsi genti eiusque imperanti in ipsius territorio, quousque concessum fuerit a mittente, nec saluti publicae repugnat, 2) aedes immunes sint a vi iusta, quam alias exercere licet in aedibus privatorum.

Dicatur 1) de *Iure asyli*, et conf.

Thomasi (Chr.) diff. de jure asyli, legatorum aedibus competentis, occasione controversiae illustris inter Pontificem Innocentium XI. et Galliarum regem. Lips. 1689. 4.

Upmarck (Io.) de Franchiis Quarteriorum, s. Iure Asyli apud legatos. Uptol. 1706. 8.

Boezeluer (Jac. Georg Rurgers van) quatenus legatorum aedes jure asyli gaudeant? Lugd. Bat. 1754. 4.

2) de actibus jurisdictionis criminalis, a legato in ipsius aedibus exercendis.

3) de jure devotionis domesticae qualificatae.

Conf. *Boehmer* (I. H.) de privatis legatorum succris. Hal. 1743. 4.

§. 627.

Legatus talis esse desinit 1) morte, aut ipsius, aut mittentis, etiamsi successor adsit, nec, dum novis litteris credentialibus ab hoc instructus sit, ad negotia publica tractanda admittitur, aut eius, ad quem missus est, donec successor novae litteras credentiales

Quomodo legatus talis esse desinat.?

Gg 5

exhi.

exhibeat. 2) *Revocations*, (Rappel) ubi occurrunt *litterae revocatoriae et recedentiales*.
 3) *Remissione*, de cuius causis adeatur:

Breuning (Chr. Henr.) in diff. de jure expellendi legatum gentis liberae. Lipsiae 1764. 4. et

Moser (Car. Frid.) in seinen kleinen Schriften P. VIII. A. 2. et IX. n. 1. von der Ausschaffung der Gelandten.

§. 628.

3) *ad tertiam gentem*. Quodsi tandem legatum referas ad tertiam aliquam gentem, cuius territorium transit, *per se* non minus subditus temporarius, non magis sanctus et inviolabilis est, alio quocunque.

CAPVT II.

IVRIS GENTIVM HYPOTHETICI

TIT. IV.

De jure belli inter gentes.

§. 629.

Belli inter gentes, belli *publici*, *) quod a *retorsionibus*, tam *juris*, **) quam *facti*, et *repressaliis*, ***) e quarum genere est *anthropolepsia*, et gradu, et ambitu, i. extensione differt, belli, inquam, *publici*, a gente in commodum ipsius extra collisionem suscipiendi, alia causa non intelligitur, nisi laesio aut facta, aut imminens. Quando autem a gente gens laesa esse dici queat, ex dictis constat. Neque igitur solum *incrementum potentiae*, *juste accedens*, (nisi aliunde iam de conatu laedendi et viribus abutendi constet) et *aequilibrium*, quod aiunt, *gentium sublatum*, ****) neque *barbaries*, *Atheismus*, *idolatria*, aliaque peccata et vitia, quae tamen laesione vacant, sunt in *causis belli iustis*. *****)

*) Loquuntur enim etiam de bello, *privato* et *mixto*.

**) Conf. *Baueri* (Io. Godofr.) *Meditatio de vero fundamento, quo inter civitates nititur retorsio juris*. Lips. 1740. 4.

***). Notetur: *Kahlii* (Lud. Mart.) *Commentatio juris publici de justis repressaliarum*

rum limitibus, tum a gentibus, tum a
 statibus. R. H. G. observatis. Goetting
 1746. 4.

Ziegler (Casp.) de jure repressaliarum, Vi-
 teb. 1666. 4.

Lyncker (Nic.) diss. de jure repressaliarum,
 jurisque gentium et civilis quoad illas con-
 venientia et disconvenientia. Jenae 1691. 4.

****) Conf. ex pluribus:

Kalile (Lud. Mart.) diss. de Tristina Euro-
 pae, quae vulgo appellatur die Balance
 von Europa, praecipua belli et pacis nor-
 ma. Goett. 1744. 4.

Neureuter (Jo. Ge.) diss. Jur. naturae de ju-
 ris aequilibrii finibus. Mog. 1746. 4.

Tittel (Gottl. Aug.) disp. resp. Car. Ion. de
 Palm, opes gentis cuiusdam, quantumvis
 crescentes, in causis belli non esse nume-
 randas. Carolsruh. 1771. 4. collatis iis,
 quae in medium protulit

Garve (Chr.) in der Abhandlung über die
 Verbindung der Moral mit der Politic, &
 tamen praetervideantur dicta. p. 129, sqq.

****) Dicatur paucis de bello, religionis defenden-
 dae, non propagandae, causa suscepto.

§. 630.

*Hostis et mi-
 litis differ-
 entia, res
 hostiles.*

Hostes sunt ipsae gentes belligerantes,
 tum principales, cum minus principales, et
 loci & auxiliares bellici, (§. 378.) adeo-
 que

que et omnes ac singuli gentis cuiusdam subditi, non mere temporarii, *militēs* autem illi tantum sunt, qui ad bellum gerendum arma capessunt, ut igitur aliud sit, *hostem* esse, aliud *militem*. *Res hostiles* sunt omne gentis territorium, bona publica late et stricte s. d. bona etiam privata omnis generis, exceptis iis, quae revera sunt neutralium.

§. 631.

Indictio s. denuntiatio belli, genti ipsi, *De Indictiq. ne et publi-*
 cui inferendum est, facta, quocunque modo, iure gentium univ^{er}sali necessaria non *catione belli,*
 est, sed sufficit laesionem, aut factam, alio modo reparari, aut imminenti alia ratione occurri non posse, tametsi comminationem belli, tanquam medium lenius, tentari conveniat, anteaquam ad ipsam vim progrediamur, nisi et ipsam irritam fore praevideamus. Ab indictione belli differt eius *publicatio*, qua et subditis nostris, et aliis gentibus diserte declaratur, bellum cum quadam gente susceptum esse, cuius quae sit necessitas, facile intelligitur.

Treuer (Gottl. Sam.) diss. de decoro gentium circa belli initia. Helmst. 1727. 4.

Muller (Io. Jac.) diss. jur. gen. de iure fecciali, ad Grotium L. III. C. III. §. 5. 1797. len. 1693. 4.

Cocceji (Henr. de) de clarigatione. Heidelb. 1684. 4.

Gonne

Gonne (Io. Gottl.) Entdeckung der Ursachen, warum die Kriegsankündigung unter freyen Völkern für nöthig gehalten worden, In Erlang. gel. Anz. 1743. n. 4.

Taeger. Neue Gedanken von der Kriegsankündigung nach den Grundsätzen des allgemeinen Völkerrechts.

Ejusd. Anwendung der Theorie auf einen Fall in der Geschichte. in *Cel. Siebenkuss* Juristischen Magazin I. Band. n. 1. 2.

§. 632.

Hostilitates licitae, crudelitas bellica.

Bello inter gentes exorto, omnis ea in personas et res hostiles vis, manifesta, et occulta, concessa intelligitur, omnia remedia iusta sunt, quae faciunt ad vires hostis infringendas, resistantiam superandam, jus meum consequendum, pacem extorquendam. Quae huc non faciunt, malis, hostibus ipsis et rebus hostilibus illatis, *crudelitatis bellicae* nota iniusta esto. Iure igitur gentium naturali, si ab omni decore voluntario inter gentes discesseris, neque *veneni* usus, neque *percussores*, prohibentur, neque reprehendi poterit, subditos*) alterius gentis ad *proditionem*, *seditionem*, *socios* illius ad violandum foedus sollicitari, medios, qui fuerunt hucusque, ad nostras partes trahi etc. neque locorum, rerum, personarum hostilium *sanctitas* quaedam**) hoc iure per se aliquid momenti habet, si illorum violatione opus fuerit ad scopum belli consequendum. ***)

*) Conf.

*) Conf. *Ayres* (Ge. Henr.) problema Juris Naturae et gentium, an liceat hostis ci- ves ad rebellionem et seditionem sollici- tare. Goett. 1748. 4.

**) Conf. *Buddeus* (Io. Fr.) de jure belli circa res sacras. Halae 1665.

Neger (Ioach.) progr. an liceat et aequum sit, sacra loca jure bellico devastare.

***) Quae per se concessa non forent in bello, fieri tamen potest, ut gens iuste sibi indulget interdum, 1) jure recalcitrationis 2) ex ratione, quae dicitur, belli, str. 1. d. de qua conf.

Scheid. (Chph. Lud.) de ratione belli, 1. ut a Gallis dici solet, (raison de guerre) ex jure et moribus gentium. Hafn. 1734. 4.

§. 632.

Ex dictis efficitur, jus esse in captivitate *De jure in* tem redigendi et abducendi hostes, et mi- *personas ho-* lites, et non milites, immo interficiendi *stium figu-* hostes milites, et ipsos non milites, si con- *lucium.* tum resistendi prae se ferunt. Redactos in captivitatem, imprimis qui ultro se dediderunt, interficiendi *per se* nullum jus, sed tantum in ea custodia detinendi, ut nocere nequeant. Ceterum, si ultro se dediderunt, conditionibus, sub quibus id factura, standum, per ea, quae sequuntur, de pactis bellicis, *sin* autem vi capti, in arbitrio victoris positum, quo loco et numero eos habere, quid juris illis concedere velit. Imperium aliquod vere s. d. ac sociale in victos non-
nisi

nisi pacto accedente acquiritur. Quoad suam gentem captivus captivitate nihil juris quaesiti amittit, ut liberato et reduci facto, quodam postlimini jure opus esset.

Dicatur de *Legato hostili*.

§. 634.

De jure in *Rerum hostilium* quarumcunque et quae-
res *hostiles*, cunque violatio, devastatio, destructio, oc-
cupatio, quocunque modo, *ereptio, direptio,*
depraedatio a militibus facta, fortalitorum
expugnatio, incendia, sicubi illis opus esse
videtur, Iure gentium naturali permilla
sunt. *Rerum occupatarum dominium* non est
militum occupantium, sed gentis, quae his
instrumentis utitur, a qua quidem pendet,
quid quantumque ex praeda, quibusve le-
gibus occupanti permittere velit. De rebus
hostis incorporalibus, juribus, imprimis pa-
ctitiis, violandis, vid. §. 357. not. 2.

*) Dicatur ad hanc et praec: §. de summa huma-
nitate, qua inter gentes praeiorum illa om-
nia, quae concessimus in bello, jura, restricta
deprehenduntur. Splendidum est exemplum
in pacto, 1789. d. 10. Sept. inter regem Bo-
ruelliae et gentes unitas Americanas inleto, ubi
haec habentur: *Erstünde ein Krieg NB. un-
ter den contrahirenden Theilen selbst, so sollen
die Frauen und Kinder, Gelehrte von allen Facul-
täten, Landbauer, Handwerker, Manufactu-
riers und Fischer, welche keine Waffen tragen,
und unbesestigter Städte, Dörfer und Oerter Be-
wohner, kurz alle, deren Beruf zur Erhaltung und
zum gemeinschaftlichen Nutzen des menschlichen
Geschlechts gereicht, die Freiheit haben ihre re-
spectiv*

speciſſiven Gewerbe fortzuſetzen, und weder an ihrer Perſon belüſtiget werden, noch ſollen ihre Häuſer und Güter verbrannt, oder ſonſt zerſtört, noch ihre Felder verwüſtet werden, durch die feindlichen Armeen, in deren Gewalt ſie durch des Kriegſchickſal fallen köennten, ſondern, wenn die Nothwendigkeit eintritt, etwas von ihrem Eigenthum zum feindlichen Nutzen zu nehmen, ſo ſoll der Werth davon nach billigen Preiſen bezahlt werden &c.

§. 635.

Si quaeras, quousque dominium rerum occupatarum amiſſum eſſe cenſendum ſit, de hoc ita mihi videtur.

Quousque rerum, ab hoſte captarum, dominium amiſſum.

1) Hoſtis iuſtus rerum, ab hoſte iniuſto occupatarum, mobilium pariter atque immobilium; dominium per ſe non amittit cum poſſeſſione. Cum igitur quilibet ſuam cauſam juſtam eſſe putet, quilibet etiam ſibi videri debet rerum occupatarum dominus manere, adeoque ſi contingat illas ipſi hoſti extorquere, et ab illo recuperare, non dominium, ſed poſſeſſio tantum recuperatur, neque *poſtlimini* jure quodam opus eſt.

2) Foederatarum, ac ſociorum bellicorum cum idem iudicium eſſe debeat, de noſtrae cauſae juſtitia, ac noſtrum, ex illorum iudicio rerum noſtrarum, ab hoſte occupatarum, dominium non amiſſum; adeoque illae, a foederatis hoſti ereptae, non ſunt foederatarum, occupantium, ſed redeunt ad priſtinum dominium.

H h

Integ:

Interdum singularibus pactis institutum, quousque foederati ad res, nostras hosti nostro exceptas, nobis restituendas obstricti esse debeant, tum pro conditione diversa navium, gentis foederatae, quibus contigit, hosti res nostras eripere, tum pro spatio temporis, quo fuerunt in hostili potestate. Exemplum est in pacto recentiori inter ordines Belgii foederati et systema civitatum Americanarum.

§. 636.

Continuatio 3) Tertius (tertia gens) non foederatus, sed neuter, de causa belligerantium iustitia iudex sedere nequit, adeoque ipsi cuiuslibet partis jus res alterius occupandi dubium, et in medio relictum esse debet. Durante igitur bello, si noverit, res quasdam esse hostiles, de quo quidem, de rebus immobilibus, semper, nec raro de ipsis mobilibus, constat, ab hoste occupatas, ab illis acquirendis sibi temperet, cum jus tantum dubium transferri queat. Quodsi vero iuste illud ignorat, durante quidem bello, genti, quae amisit, et pristino domino, jus vindicandi a tertio b. f. possessore nullum esset, propter illius jus, ad iudicium tertii, dubium. Pace autem facta, aut ab altera parte reparatio damni praestanda, aut nulla exigitur. Ibi et hae res, si existerent, restituendae, b. autem f. possessor indemnis ab eo, a quo acquisivit, praestandus foret.

Conf. ad hanc §. et praec. Cocceji Introd. ad Grot. differt. prooem. XII. L. VII. C. III.

Hutche-

Hutcheson Sittenlehre der Vernunft. Transl.
germ. p. 990. 199.

§. 637.

Genti belligeranti nullum jus est in ter-
ritorio pacato h. e. aut gentis neutralis, aut *Ubi hostili-*
ipfius hostis et socii, ab hostilitatibus exem-
tere liceat.
to, hostem persequendi, eiusque res ibi
capiendi. Foret enim violatio juris territo-
rialis *gentis mediae*, aut pacti.

§. 638.

Quomodo gerere se debeat omnino, qui
medius in bello existimari cupit, generatim
dictum §. 358. coll. §. 357. Sed de quibus-
dam speciebus tamen magis proprie videa-
mus. Quær. igitur 1) de hac specie, si ex
foedere, ante bellum exortum cum altero ini-
to, *definito* militum numero, aut certa *pecu-*
niae summa adsum contra tertium? Ac pri-
mum quidem hoc auxilii genere neutralis
non violatur, ita ut me pro hoste omnimo-
do tractari liceat. Verumtamen tertio jus est
impediendi, quo minus illa ipsa belli sub-
fidia, quibus tamen vires augentur alterius,
ad hostem perveniant, adeoque pecuniam,
et milites intercipiendi, si resistunt, interfi-
ciendi, adeoque particulares hostilitates
contra ipsa illa auxilia exercendi. *) Quod
si vero obstrictus essem alteri ex eodem
pacto, ad illum, bello exardente, *omni-*
virium contentione iuvandum, eo ipso promi-
ssi, me alterius partes secuturum, adeoque

De Neutra-
litate.

H h 2

tertio

tertio etiam licet ex omni parte in me meaque hostilitates exercere.

*) Fingamus, gentis illius neutralis territorium vicinum esse territorio alterius gentis, contra quam auxilia praestat particularis. Queritur, an liceat directa auxiliatrices copias ex territorio suo deducere in territorium alterius, ad hostilitates exercendas? Exemplum est in recenti adhuc memoria.

§. 639.

Continuatio.

Deinde quaeritur de officii innoxiae utilitatis, denegatis aut concessis illis, qui bellum invicem susceperunt. Atqui si peraeque utrique parti negantur, aut conceduntur, id quidem minime officit medii personae sustinendae. Aliter res se haberet, si, quod alteri conceditur cum insigni commodo bellico, alteri negaretur.

Hinc etiam judicare licet de jure recipiendi hostes alienos. Conf.

Hoedler (Chrn. Henr.) disp. praef. Pütman-
no, de jure recipiendi hostes alienos.
Lipf. 1777. 4.

*) Scriptis de neutralitate supra excitatis §. 358. addatur:

Schmidlin de juribus et obligationibus gentium mediarum in bello. 1780. 4. Sturgard, et Ulm.

§. 640.

De commerciorum libertate in bello.

Tertia existit quaestio de commerciis gentium neutralium omnis generis, cum hoste nostro

fito exercendis. Atqui *per se* *) quidem ista commercia, durante bello continuata, **) non repugnant neutralitati, etiamsi veniuntur in *apparatu bellico omnis generis* vendendo. Verumtamen *ex ratione belli* illud cuilibet parti dandum esse videtur, ut impediatur, vi etiam, quo minus ea, quibus vires hostis augentur, ad illum perveniant, ita tamen, ut gens neutra de jactura, quam inde sentit, indemnis praestanda sit. ***) Sed de his omnibus satius est, pactis etiam propriis provideri, atque libertatis, commerciorum terminos statui.

*) Alia ratio foret, si clam, furtim, aliisque artibus, urbi aut arci obsessae necessaria vitae, ac belli praesidia adveherentur.

**) Sermo est imprimis de *commercio*, quod dicitur, *activo*, i. e. si ipsae *naves neutrae* merces hosti nostro advehunt.

***) Extra scholam quoque haec principia valere videas in illo; quod excitavimus ad §. 634. pacto, notatu dignissimo. Ita enim conventum: „Wenn eine von den contrahirenden Mächten mit einer andern Macht in Krieg begriffen ist, so soll der freye Briefwechsel und der Handel der Unterthanen oder Bürger desjenigen Theils, welcher neutral gegen die kriegführenden Mächte bleibt, nicht unterbrochen werden, sondern die Schiffe des neutralen Theils können ganz sicher in den Häfen und an den Küsten der kriegführenden Theile fahren, indem die freyen Schiffe auch die Waaren frey machen; selbst, wenn dessen Güter dem Feinde des andern Theils gehören sollten. Um alle Schwierigkeiten und weisläufige Untersuchungen zu vermeiden, welche gewöhnlich sonst über die sogenannten verbotenen Waaren entstehen.

als Munition, Waffen und andere Bedürfnisse, so soll, wenn solche Artikel am Bord von Schiffen, die den Unterthanen des einen Theils gehören, sich befinden, und für den Feind des andern Theils bestimmt sind, kein einziger solcher Artikel als Conzebande, oder verbotzen angesehen werden, so daß durch dessen Confiscation dem Eigenthümer Schaden erwüchse. Doch NB. soll es erlaubt seyn, solche Schiffe und Güter so lange in Beschlagnahme zu nehmen und zu behalten, als der Nehmer für nöthig findet wird, um den daraus zu befürchtenden Schaden und Nachtheil zu verhüten, in welchem Fall aber eine billige Vergütung für den durch die Beschlagnahme verursachten Schaden verwilligt werden wird. Auch soll es dem Nehmer erlaubt seyn, die angehaltenen Kriegsbedürfnisse zu seinem Nutzen zu verwenden, wenn er dem Eigenthümer den vollen Werth, nach dem am Ort ihrer Bestimmung gangbaren Preiss, bezahlt.“ His jungantur, quae FRIDERICVS II. bello illo, quod finiebat pax Aquilgranensis, pro suis navibus obtinuit ab ordinibus Belgii foederati et Anglica gente, et dicatur de *systemate neutralitatis armatae* 1780.

Conf. Kemmerich (D. H.) progr. de libertate commerciorum, tempore belli restricta. Ienae 1735. 4.

Westphal (Andr.) de commerciis pacatorum ad belligerantes. Gryph. 1715.

Hübner de la Saïsie des Nations neutres, ou du Droit, qu'ont les Nations belligerantes d'arreter les Navires des peuples amis, à la Haye 1759.

Sir.

Surland (Io. Iul.) diff. de Iure commerciorum in bello. Gott. 1748. 4.

Iusti (Io. Henr. von) Erörterung der Frage: Ob kriegende Mächte der Handlung und Schifffarth eines neutralen Volkes nach ihrer Feinde Häfen in Ansehung der sogenannten Contraband-Waaren, einige Hinderniß und Schaden zu verursachen befugt sind? in eius histor. und juristif. Schriften I. Band, p. 141. sqq.

Essay Sur le Code maritime général Européen, pour la Conservation de la liberté de la Navigation et du commerce des Nations neutres en tems de guerre. etc. Lipsiae in commissis. 1782. 4.

La liberté de la Navigation et du commerce des Nations neutres, pendent la guerre. 1780. 8.

Uechteritz (von) Abhandlung von Durchsuchung der Schiffe neutraler Voelkerschaften, in Cel. *Siebenkees* juristischen Magazin. IV. Band.

Lampredi (Giov. Maria) del Commercio dei popoli neutrali in tempo di guerra. Florent. 1788. 8.

Pestel (Frid. Franc. Lud.) Specimen juridicum, exhibens selecta capita juris gentium maritimi, 1786. 4.

Galliani. De' doveri de' principi neutrali verso i principi guerreggianti, et di questi verso i neutrali. Napoli, 1782. 4.

H h 4

§. 641.

De pactis
bellicis illo-
rumque re-
ligione.

Bellica pacta, *) *strictius dicta*, pacta, tempore belli, inter ipsos, bellum gerentes, inita, quibus tamen ipsum bellum nondum finitur, cum latiori ambitu *pax* ipsa comprehendatur, aut universalia sunt, veluti *induciae*, quibus omnes hostilitates utrinque ad certum tempus suspenduntur, aut *particularia*, quae ad quasdam tantum *res, personas, loca, negotia*, pertinent, veluti, *armistitia, salva guardia, pactum deditiois, et capitulationes bellicae, pactum de permutandis captivis, de lytro, etc.* Cum ceteroquin, si cum *hoste, qua tali, res est, dolo uti liceat, simulatque cum hoste, qua pacifcente, agitur, omnis absit dolus, **)* praecipue cum alias infelix belli tempus finem nunquam esset habiturum: neque hic valet *exceptio metus injusti*, ab altero, qui bellum injustum gerat, incussi, quemadmodum inter singulos, cum fere belligerantium causa dubia sit, et quilibet iuste bellum suscepisse, et sibi videatur, et aliis videri debeat, ita ut de iustitia vel iniustitia metus incussi iudex aliquis esse nequeat, et si haec concessa foret exceptio, nulla pacis ipsius pactio unquam stabilitatem habitura esset. ***)

*) Conf. *Newmayer* (Io. Guil.) Tr. von Friedenshandlungen und Verträgen in Kriegzeiten. Ienae 1624. 4.

**) Conf. *Franckenstein* (Io. Aug.) de dolo, in bellis illicito. Lips. 1724. 4.

***) *Fer-*

***) *Ferretus* (Iul.) de fide hosti servanda
in Tract. de re militari. Venet. 1575. fol.

Rossmann (Andr. El.) de exceptionibus ju-
ris gentium in negotio pacis. Halae
1738. 4.

§. 642.

Pacifione pacis publicae, (sollemnis) ipsum
bellum finitur, et causa belli deciditur. Pa-
cis *universalis* et *particularis* nomina in per-
facili intelligentia versantur. *) Pacis ser-
vandae officium ex §. praec. pater. *Pax*
habet vim rei judicatae, neque ob eandem
causam, pace definitam, denuo unquam
bellum suscipere licet. Articuli *ipsius pacis*,
a *praeliminaribus*, **) distincti, aut *principes*
sunt, qui directe belli causam respiciunt,
aut *minus principes*, hique aut *connexi* tamen,
qui indirecte cum belli causa, aut *separati*,
qui profus non cohaerent. ***)

De pace
et articu-
lis pacis.

*) *Quaer.* Quo tempore liceat uni ex belli con-
sortibus, aut sociis, pacem particularem cum
hoste inire? et conf.

Anon: Rechtmæssige Beantwortung der Fra-
ge: Wenn in einem Buendniß der Verei-
nigungsnotel diese Clausel inserirt wor-
den, daß ohne der Mitverbundenen
Consens und Einwilligung mit dem Fein-
de kein Friede zu machen sey, und der
eine Confoederatus wollte die fuerge-
schlagene media pacis, die der andere
Mitvereinigte fuer nuetzlich und annehm-

Hh 5

lich

lich hält, nicht eingehen, — — — —
 ob dessen, ohne genugsamen Grund ge-
 geschehenen Dissens ohngeachtet, — —
 der Friede zu ergreifen und darauf zu
 schliessen sey. 1635. 4. 4. recus. 1678.

***) *Hoffmanni* (Io. Guil.) *diss. de observa-*
tia gentium circa praeliminaria pacis.
 Franc. ad Viadr. 1736. 4.

****) *Dicatur de pace rupta, h. e. perfidia com-*
missa quoad pactum pacis.

Ceterum, quae de confirmandis pactis publi-
cis omnino dicta sunt, et ad pacta bellica, et
pacem transferre licet.

CAPVT

IVRISPRVDENTIAE NATVRALIS

SECTIO SEXTA.

IVS ECCLESIASTICVM VNIVERSALE.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

RESEARCH REPORT

IVS ECCLESIASTICVM VNIVERSALE.

Kruffel (Georg Godofr.) *Elementa Jurispru-*
dentiae ecclesiasticae universalis Tom. II.
Rostoch. 1728. et 1729. 8.

Wolf (Chr.) *Juris Naturalis P. VIII.*

Breuning (Christ. Henr.) *primae lineae juris*
ecclesiastici universalis. Lips. 1758. 8.

Schott (Cph. Fr.) *primae lineae Juris eccle-*
siaistici universalis Tom. II, dissertt. Juris
Naturae n. 19.

Conferantur etiam, quae contra *Jus* ali-
quod *ecclesiasticum* disputavit

Moses, Mendelii filius, in Ierusalem, oder
über religiöse Macht und Judenthum. Be-
rol. 1783. 8.

et contra illum monuit

Zoellner (I. F.) *über Moses Mendels. Ierusa-*
lem. 1784. 8.

Anon. Ueber Herrn M. M. Ierusalem, und
politisch-religiöse Macht, Judenthum und
Christenthum. Berol. et Lips. 1784. 8.

CAP.

DE RELIGIONE, SACRIS, ET EC-
 CLESIASTICA SOCIETATE
 GENERATIM.

Oran (Herr.) de constitutione religionis.

Helmst. 1617. 4.

§. 643.

In religione, certa quadam cultus divini
Religio, interna, externa, opera pietatis, functiones ecclesiasticae ratione, partim dogmata spectare licet, par-
 tem theoreticam, fidem objectivam, et si as-
 sensus ratio habeatur, *subjectivam*, qua aut
logice vera, aut falsa, naturalis aut positiva
 est*), partim animi affectionem et actiones om-
 nino, illis dogmatibus convenienter institu-
 tas, sive internas, sive externas, unde cultus
 Dei et religio aut interna, aut externa, haec
 aut ethice vera, aut simulata et hypocritica,
 aut merae imitationis, (Marionettenreligion)**)
 Actus religiosi, externi aut sunt opera pietatis,
 a quolibet membro ecclesiae cuiusdam susci-
 pienda, aut functiones ecclesiasticae, quarum
 jus quibusdam tantum competit, aut quia
 proprias quasdam ac singulares dotes requi-
 runt, aut ordinis ergo.

*) Cum duplex sit vis naturalis et positivae, (Instit.
 Log. et Metaph. §. 2.) religionis naturalis et
 positivae, si dogmata spectes, I. partem Theoreticam,
 non minor est ambiguitas. Atqui religio
 hae parte positivae aut ea esset, quae de Deo
 aliquid decerneret credendum arbitrario aliquo
 instituto, quod quale sit, nemo sanus intellexerit,
 aut ea, cujus dogmata auctoritate quadam ni-
 teren-

terentur, sive revelationis ejusdem, quae putatur, sive alia. Quae quidem ratione quousque religio aliqua positiva ratione dogmatum esse queat, et quibus conditionibus, nemo non rei peritus intelligit. Multitudo certe auctoritate quaedam eget.

*) Religio, etiam si *partem practicam* spectes, s. officia cultus interni praeter atque externi, nila esset *arbitraria, sive positiva*, eadem ambiguitate. At qui officia religionis internae positive priori, quem diximus, significatu, nulla esse possunt, positiva autem, posteriori vocabuli potestate, quousque esse possunt, eodem modo intelligitur. Praecepta autem cultus externi positive utraque vocabuli potestate sine absurditate intelliguntur. Immo nescio, an hoc postremo genere positivi ullas aliquis Coetus carere possit?

§. 644.

